COLLECTANEA BIBLICA LATINA

CURA ET STUDIO

MONACHORUM S. BENEDICTI

VOL. I.

LIBER PSALMORUM

IUXTA ANTIQUISSIMAM LATINAM VERSIONEM

NUNC PRIMUM EX CASINENSI COD. 557

CURANTE

D. AMBROSIO M. AMELLI O. S. B.

ABBATE S. M. FLORENTINAE

IN LUCEM PROFERTUR

FRIDERICUS PUSTET

PONTIFICIUS BIBLIOPOLA

ROMAE

RATISBONAE — NEO-EBORACI

1912

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

PIO PAPAE DECIMO

PONT. MAX.

Beatissime Pater

PRIMITIAS *studiorum quae ad Vulgatam latinam Editionem iuxta Tridentini Concilii mentem emendatissime praeparandam conferunt in* Collectanea biblica latina *edituri, Benedictinae familiae alumni, devoti gratique animi sui testimonium Sanctitati Tuae offerre cupientes, eam Tuo Nomini inscribendam esse censuerunt. Iure enim meritoque si quid laudis aut commodi Ecclesiae Sanctae Dei, sacrisque studiis eadem est allatura, hoc Tibi imprimis post Deum debetur, qui Ordinis Nostri Protectori Augustus vocari et esse voluisti, nostrorumque laborum Te Mecenatem munificum exhibere non cessas.*

Nobis ergo ante Cathedram S. Petri provolutis, nomine quoque totius Commissionis et collaboratorum Collegii, Tibi Sancti Damasi Successori dignissimo, humili dextera Volumen istud porrigentibus, nihil antiquius nihilque iucundius esse potest, quam praeclara illa Tuis etiam auribus personare verba, quae idem Damasus ex Hieronymi ore benigne hausit, quibus et genuinos animi nostri sensus erga Sanctitatem Tuam, sincero corde et ore testemur. Igitur

« Beatitudini Tuae, idest Cathedrae Petri communione consociamur; super illam petram aedificatam Ecclesiam scimus. Quicumque extra hanc domum Agnum comederit, profanus est. Si quis in Arca Noe non fuerit, periet regnante diluvio. Quicumque Tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est (Hier. Ep. XV) ».

Tali ergo inconcussae fidei nostrae tessera muniti, tantorumque Protectorum Hieronymi ac Damasi patrocinio suffulti, divino nomine invocato, arduum sane ac longum iter ingressuri, quod inoffenso pede alacriter atque securi percurramus, Apostolicam Benedictionem humillime petimus.

Romae XIX Martii MCMXII.

AIDANUS GASQUET ABBAS O. S. B.
Commissionis pro Vulgata Praeses.

INTRODUCTIO

I. — **Prooemium.**

Summi Pontificis mandato obsequentes, dum ex praecipuis Codicibus Mss. Vulgatae Hieronymianae undique conquisitis, variarum lectionum messem copiosam alacri animo ac diligenti cura colligimus, non illam quidem negligendam esse putamus veterem Vulgatam latinam editionem, quae longo saeculorum officiali usu in Occidentali Ecclesia ante illam probata est. Oportunum igitur esse duximus, ut haec nostra *Collectanea biblica latina* exoriens, prae ceteris integrum Psalmorum librum complecteretur iuxta veterem quandam inexploratamque latinam versionem, quam in Codice Casinensis Archicoenobii n. 557 signato feliciter invenimus, ut exinde et status biblicae latinae versionis, et Hieronymi operis praestantia atque necessitas magis magisque nova luce illustraretur. Ideoque compendiosa huius

Codicis descriptione praemissa, et nonnullis de quadruplici eius Psalterio praelibatis, specialem de nostro Psalterio tractationem instituemus.

II. — Codicis Casinensis summaria descriptio.

Inter praecipuos Codices Mss. quibus Casinense Archivum locupletatur, codex plutei A, n. 557 signatus merito est recensendus, sive ob scriptoris calligraphiam, minutissimam quidem sed plane intelligibilem, sive praecipue ob pulcherrimas initiales litteras partim longobardico stylo, partim vero gothico depictas [1], quibus abunde decoratur. Eius membranae, optimae plerumque qualitatis, foliis 325, paginis 650, in 42 quaternionibus proprio numero in margine inferiori ultimi folii uniuscuiusque quaternionis coaeva manu distinctis, coalescunt. Mensuram vero tantum mm. 270 × 200 exhibent, quia ab imperito librorum compactore sive sutore, marginibus superiori ac inferiori non absque gravi titulorum et litterarum initialium iactura detruncatis, pristinam formam elegantissimam amiserunt. Duabus partibus Codex distinguitur, quarum prior (pag. 1-573) continet integros libros V. et N. Testamenti, a Genesi usque ad Apocalypsim, binis columnis exaratos

[1] Ex huiusmodi litteris quattuordecim barbaro ferro, latrocinali animo, iam sec. XVIII abscissae ablataeque sunt (prout ex Federici mon. cas. Catalogo Mss. eruitur). Porro quae nunc extant litterae longobardicae occurrunt paginis: 3, 5, 6, 24, 42, 54, 69, 83, 84, 105, 107, 139, 146, 161, 173, 175, 180, 184, 187, 190, 201, 205, 208, 211, 217, 223, 227, 233, 244, 248, 254, 299, 300, 311, 312, 316, 323, 324, 330, 335, 352, 357, 489, 498, 511, 520, 532, 536, 537. Quibus 40 aliae gothicae initiales litterae humiliori quidem forma coloratae addendae sunt.

iuxta Vulgatam Hieronymi editionem cum eiusdem praefationibus et capitulis consuetis, additis praeterea libri Hester latina versione secundum LXX Interpretes, et Psalterio quadruplici.

Post Apocalipsim (pagg. 574-650) sequitur altera pars veluti Appendix, plerumque triplici columna exarata, idest:

1) S. Hieronymi liber *de interpretatione nominum hebraicorum*, cui (pagg. 590-591) quattuor anonyma quaedam adiunguntur documenta quae in Spicilegio Casinensi edidimus (Tom. I p. 412-424), videlicet: *a*) explicatio numeri nominis Antichristi; *b*) triplex alphabetum, hebraicum, graecum et latinum; *c*) collectio sententiarum moralium ethnicorum philosophorum; *d*) Catalogus Romanorum Pontificum a S. Petro ad Silvestrum I, iisdem insertus sententiis [1]. Huic altera documentorum peregrina Collectio subnectitur, quam quidem ex vetustiore Codice 292 saec. XI in *Bibliotheca Casin.* descripto (Vol. V) transcriptam fuisse, satis constat ex eorumdem ordine et characterum hebraicorum forma, necnon ex iisdem orthographiae mendis ac proprietatibus. Quod quisque videre potest etiam ex photographicis utriusque codicis speciminibus quae huic volumini adiunguntur (Tab. 2, 3, 4). Huiusmodi autem collectio constat duabus genuinis S. Hieronymi operibus,

[1] Haec omnia a nobis edita, invenimus excepto Catalogo Silvestrino, etiam in Cod. biblico Cavensi N. 7 saec. XI in quo (f. 193 v.) spatium quoddam vacuum intercedit, quo fortasse Catalogus Silvestrinus describendus erat. Quae vero ibi subsequuntur morales sententiae numerosiores sunt quam in Codice Casinensi, et praeterea eisdem nomen additur philosophorum, videlicet: Pitagora, Socrates, Aristippus, Plato, Democritus, Diogenes, Hermogenes, Cato, Plinius, Seneca, Xenocrates, Cicero. Denique clauditur Collectio hisce tribus sententiis, sub nomine Salomonis, videlicet: « *Stultus si tacuerit sapiens reputabitur* (Prov. XVII. 28). Ex felicitate alterius infausta sua miserius luget homo. — Pars sacrilegii est rem pauperum dare non pauperibus ».

nempe; 1) *Prologo et libro Hebraicarum Quaestionum tam in V. quam in N. Testamento* (pag. 591-604).

2) Itemque Praefatione et « *libro locorum ab Eusebio Pamphili Caesariensi episcopo prius edito quidem in graeco, sed a praefato Hieronymo postmodum diligentius ad latinum stilum translato* » (pagg. 605-621). Quibus (pagg. 604-605) inseritur 3) anonymus quidam tractatulus *de decem temptationibus* Israhelitici populi in deserto.

Pagg. 621-650 sequuntur cetera huius Collectionis documenta anonyma, quae cum praecedenti a doctis Maurinis in *Appendice* eiusdem Voluminis relegantur (Migne P. L. 24 col. 1357-1470). Huiusmodi sunt: 4) *Nomina regionum atque locorum de Actibus Apostolorum ab altero quodam descripta.*

5) *Explicit* (Incipit) *secundum Esdram veri characteres Hebraeorum nomina et interpretationes eorum*, cuius specimen photographicum exhibemus (Tab. 3, 4).

6) *Item succincta commemoratio decem tentationum.*

7) *Explanatio Cantici Debborae et Barac ex libro Iudicum.*

8) *Hebraicae quaestiones de libris Malachim idest Regum. Quaestiones hebraicae ex libro Samuelis prophetae.*

9) *Finiunt quaestiones in Dabre iamim. Incipiunt in Abbacuc propheta.*

10) *Oratio Abbacuc pro ignorantibus.*

11) *De ieiunio disputatio.*

12) *De sollemnitatibus.*

13) *Ieronimus in annalibus Hebraeorum de XV signis XV dierum praecedentium diem iudicii.* Quae postrema quinque documenta in *Bibliotheca Casinensi* (Vol. V, cod. 292) edidimus. De probabili autem auctore anonymorum opusculorum postremae huius collectionis, assenti-

mur doctorum virorum Martianaei[1] et Samuelis Berger[2] opinioni qui ea erudito cuidam Hebraeo tribuunt, saec. IX ineunte, temporibus Ludovici Pii Imperatoris et Rabani Mauri, *in scientia Legis florenti*.

Codex a duobus distinctis amanuensibus saec. XII, inaequali licet proportione, exaratus fuit. Siquidem pars quae a peritissimo calligrapho descripta est, 26 quaternionibus constat, altera vero a mediocri amanuensi 16 tantum. Iamvero quis fuerit peritissimus iste calligraphus facile iam primo intuitu divinare potuimus ex characteris similitudine cum Cod. Cas. 264, quem certe novimus a quodam *Ferro* fuisse exaratum, prout ex duobus disticis [3] quae in eodem (pag. 280) leguntur, apparet.

Hanc nostram coniecturam plane confirmatam recognovimus ex eiusdem scriptoris manu elegantissima, quae sexies nomen *Ferro* litteris maiusculis exornatum in sequentibus locis curiose inseruit:

p. 42 col. *b*. nec **Ferro** dividet eam (Lev. I. 17).
p. 265 col. *b*. in mendicitate et **Ferro** (Ps. CVI. 10).
p. 268 col. *b*. ferrum **Ferro** acuitur (Prov. XXVII. 17).
p. 278 col. *b*. **Ferro** ne forte cadat (Sap. XIII. 15).
p. 280 col. *a*. sine **Ferro** declusus (Sap. XVII. 15).
p. 297 col. *b*. fodit **Ferro** rupem (Eccli. XLVIII. 19).

[1] Cf. MIGNE, P. L., vol. 23 col. 1392.

[2] Cf. BERGER. *Quam notitiam linguae Hebraicae habuerint christiani Medii Aevi temporibus in Gallia*. p. 1. Paris, 1893.

[3] En distica:

« Celibis imperiis dominique sui Theodini
Hoc perscripsit opus Ferro suus famulus.
Accipe lux mea, perlege spes mea, gloria, virtus.
Et scribae servi saepe memento tui ».

Abbas Theodinus anno 1166 tantummodo rexit Casinense Archicoenobium.

Quaterniones vero ab eodem descripti ita recensentur: I-V, VIII-XIX, XXXII-XXXX, alterius scribae VI-VII, XX-XXXI, XXXXI-XXXXII [1]. Unus numerus quaternionis XXXI, deficientibus duobus postremis foliis, desideratur. Specimina nostra phototypica Tab. 1 et 2 utriusque scriptoris manum representant. Praeter hos tertii quoque scriptoris manus passim occurrit, nempe correctoris, cui tribuenda est etiam correctio numerorum singulis Capitibus apposita iuxta hodiernam numerationem, vetere seposita. Nonnullae tamen correctiones praesertim ubi agitur de versiculis omissis ob ομοιοτελευτον iisdem scriptoribus plerumque debentur. Neque desunt rasurae quarum praecipua unius integrae columnae pag. 143 occurrit. Demum notae marginales ad sacrum textum illustrandum perrarae sunt, sed notabiliores sunt quae in libro Danielis pagg. 446, 447, 448, necnon pagg. 37 et 367 conspiciuntur, quaeque a nobis hic subnotantur [2].

[1] Manu Ferronis descriptae sunt pagg. 1-82, 107-298, 475-618 idest maior pars librorum V. Testamenti et integri libri N. T. et pars Appendicis. Alter vero (83-106) exaravit libros Iosue, Iudicum, Ruth (pag. 299-473) Iob, Tobiae, Iudith, Esdrae, Machab. Prophetas maiores et minores, et (p. 619-650) postremam partem Appendicis.

[2] Adnotationes marginales in Daniel plerumque excerptae sunt ex Hieron. Comm. licet non semper de verbo ad verbum relatae. Quoad postremas pagg. 37 et 367, cum sint satis curiosae, et probabiliter ineditae, operae pretium duximus eas hoc loco subnectere, licet ob sutoris codicis iniuriam lacunis scatentes, quas intra parentheses ( ) inclusimus.

Pag. 37 ad verba Gen. XXX. 22 *aromata prime Smirne.* « Smirna grece, mirra latine, quae arbor (in A)rabia V cubitorum. Huius arboris gu(mma) *stagle* vocatur. abusive etiam mirr(a. cin)namomum virgultum est et in Indiam (Ethi)opia nascitur II. terra cubitorum d(icitur) cinnamonum quod in modum canne (sub)tiles habet calamos, et replicato(s a)urei vel nigri coloris que fruct( )bile spiramentum reddunt, et sub ( ) carum grossum vo(lu)vile et despecti ( ) beamus aromatica species iuxta lit ( ) Casia in aquosis locis nascitur et um-(brosis) crescit et bonum odorem reddit ».

(Ibid. ad v. 34 *onicha galbanen*) « Onica videtur esse ostreola parva s(ed)

III. — De quadruplici eius Psalterio.

Paginae 173-260 Psalterium quadruplex continent, quod aliquid fortasse unici habet, nempe non columnis parallelis prout in ceteris huiusmodi Psalteriis describitur, sed successive unum post alium singula Psalteria subsecuntur, manu peritissima Ferronis descripta.

Iam ad *primum Psalterium* quod attinet (pag. 173-195) quatuor eidem praemittuntur satis cognitae Praefationes, quae libro II Paralip. nullo speciali titulo intercedente, immediate succedunt, videlicet: *a*) *Scio quosdam. b*) *Psalterium Romae dudum. c*) *David filius Iesse. d*) *Psalmus primus nulli adsignandus* quibus Capitula 149 adnectuntur quorum I. *Hortatio pietatis et expugnatio adversarii.* CXLVIIII. *Himni catholici.* Dein magna et perpulchra

redolens instar humani unguis; onix grece, latine unguis dicitur. Galba sucus ferule est, et nascitur in s( ) cartillaginosum et minus lignosum optim(um cu)ius odore fugantur serpentes »... Quae quidem (ni fallimur) Hieronymum sapere videntur.

Item (pag. 367) In margine Praefationis Hieronymi ad Isaiam (ubi de *cola* et *comata*), haec leguntur:

« Cola, est cum iam sententia sensum prestat, set adhuc aliquid de sententiae plenitudine superest. Apud poetas vero, cum post duos pedes et dimidium nichil de parte orationis superest, colon dicitur. Cola enim in versu est, cum dividitur versus in partes orationis. Aliter, cola est orationum per intervalla facta distinctio, ut *vae genti peccatrici populo* (pleno) *gravi iniquitate.* Coma, est dictionum facta per intervalla distinctio, ut « os, lingua, mens, sensus. Aliter. Coma, est prima positura vel distinctio orationisque subdistinctio. Dicitur coma, quando post duos pedes sillaba remanet. Haec tamen nomina cola, coma, indifferenter apud oratores ponuntur, qui integram sententiam periodon dicunt. Partes eius comata et cola, brevis dictio vel particula sententie dicitur, unde et comatice, breviter. Coma enim interpretatur inversio, colon membrum, periodus clausura vel circuitus versus. Coma prior, cola post, ultra periodus ».

littera initiali **B** praelucente, qualis in nostra tabula I phototypica exhibetur, incipit Psalterium I cuius textus hieronymianam refert versionem secundum hebraicam veritatem, quod etiam a scriptore notatum fuisse vestigia inscriptionis barbaro ferro detruncatae testantur, hoc modo:

explici]*t Psalterium,*
secundum] *hebraeos*

Unicuique Psalmo praeponuntur titulus et numerus rubro minio exarati, qui tamen numerus non respondet textui hebraeo, sed versioni LXX virali. Textus nonnullis notis interlinearibus vel marginalibus correctoris manu apparet aspersus, quarum breve specimen subnotamus [1].

Secundum Psalterium (p. 196-217) incipit mutilum ob initialem litteram **B** vandalice praecisam; eius tituli ac numeri rubro minio exarati prosecuntur tantum usque ad Ps. L inclusive, pro ceteris spatio vacuo relicto. Correctiones seu variae lectiones rariores sunt quam in praecedenti, et tantum in prioribus psalmis [2]. Eius textus versionem ex LXX quam *Gallicanam* vocant amplectitur.

[1] Specimen lectionum variarum huius Psalterii I intra parentheses ( ) collocamus. « Ps. I. 3. Et erit tanquam arbor (*vel lignum*) transplantata (*vel transplantatum*) iuxta rivulos a. Que (*vel quod*).

« Ps. II. 6. Ego autem uncxi (*vel orditus*) regem meum super Sion montem sanctum suum (*vel eius*).

[2] Psalterii II specimen correctionum damus ex sequentibus: Ps. II.

« Ego autem orditus (*constitutus*) sum regem (*rex*) meum (*ab eo*) super Sion m. s. e. Adnuntians (*praedicans*) Dei praeceptum (*Domini*) ».

« Ps. III. 1 Domine, quid grandes (*vel quare* multiplicati) sunt ».

« Ps. VIII. 9. vias aquarum (*vel semitas ponti*) ».

« Ps. XLI. 2. Sicut areola preparata ad inrigationis aquarum, sic anima mea preparata est ad te Deus (Sicut cervus mugiens ad fontes aquarum, ita anima mea rugit ad te Deus) ». Eadem duplex versio occurrit in Cod. Cas. 434 qui ineditam versionem ex hebraeo partim concordantem cum Hieronymiana, par-

Tertium Psalterium (p. 217-238) incerti quidem auctoris, de quo singillatim erit disserendum, alteri succedit littera initiali **B** praecedente, titulis plane destitutum ac numeris, nulloque convenienti ad id spatio inserto.

Quartum denique *Psalterium* (p. 238-260) quod immediate praecedenti adiungitur item sine titulis et numeris, sed sufficienti eisdem spatio vacuo interposito, versionem quam *Romanam* appellant continet.

IV. — **De Casinensis Psalterii anonyma latina versione.**

Iam hisce praeiactis, ad Psalterium quod tertium locum in nostro Codice occupat propius accedentes, quid de anonyma eius versione sentiendum sit, videamus. Attamen hac in re gravibus adhuc difficultatibus implexa, benignum lectorem praemonitum velimus ne certam ac definitam a nobis expectet sententiam, sed probabiles tantummodo coniecturas, quas quidem saltem aliqua ex parte, novis utinam supervenientibus doctorum virorum argumentis, libenter reformare parati sumus. Huiusmodi enim versionis genealogiam nobis inquirentibus, eamque sub diversis aspectibus considerantibus, nihil certi de eius origine, aetate, atque auctore invenire potuimus, quin potius indefinibile quidpiam, ac veluti proteiforme, quod diu incertos nos et hesitantes reliquit, utrum ab ipso fonte hebraico, an

tim omnino differentem, de qua serius in altero Collectaneae volumine erit agendum, continet.

Ps. LXX. Multiplicentur (*vel multiplicabuntur*) dolores eorum et postea secuntur te (*post tergum sequentur*). Non libabo (*litabo*) libamina eorum quia gravior est quam effusio sanguinis (*de sanguine*).

a LXX virali versione iuxta antiquam latinam versionem sit derivata, vel potius tentamen aliquod novae correctionis veteris latinae versionis proferat. Hoc tamen pro certo affirmare possumus, hanc peregrinam inexploratamque versionem in uno Codice Casinensi, quoad sciamus existentem, gravia doctis viris exhibere problemata, sive critica sive philologica, haud facile solvenda. Nostra enim humili sententia, eam novam censemus esse fodinam singularium lectionum tam pro hebraico textu, quam pro LXX virali versione sive etiam pro Hexaplari, sed praesertim pro antiquissima africana et itala versionibus, ex quibus omnibus fontibus abunde hausisse ignotum eius auctorem coniicimus. Quoad nos interim praecipua cura erit principem eius editionem ita fidelem codicis imaginem exhibere, ut, paucis exceptis correctionibus, quas intra uncos [ ] concludemus, textus in sua genuina ruditate expressus appareat. Deinde ad eiusdem illustrationem nonnisi pauca indicabimus, quae ad versionis aetatem determinandam, eiusque fontes ac coniecturabilem auctorem inveniendum, conducere possunt.

V. — **De eius archetypi antiquitate.**

a) INDICIA ORTHOGRAPHICA ET PALEOGRAPHICA.

Quaestio praecipua a qua nostri quoque Psalterii magna ex parte pendet auctoritas, ea esse videtur quae de eius antiquitate versatur. Cum enim ex iis quae supra notavimus, codex in quo continetur nonnisi saeculo XII (circa an. 1166) a casinensi scriptore Ferrone exaratus sit, cumque in eodem alia recentiora inveniantur documenta

nempe ad saec. IX, spectantia pronum esset etiam de recentiori huiusce versionis aetate non absque aliquo fundamento suspicari. Verum, si apographi Casinensis orthographia et paleographia attente examinentur, haud difficile erit nonnulla etiam in eis vestigia seu indicia invenire, quae saeculo XII minime conveniunt, sed nonnisi antiquissimo eius archetypo, charactere fortasse *unciali* vel probabilius *semiunciali* [1], certe autem charactere *continuo* exarato, explicari possunt. Porro indicia huiusmodi omnino conveniunt iis quae de antiquissimis Psalteriis S. Germani et Veronensi Sabaterius et Blanchinius [2], in eorumdem

[1] Hoc arguitur ex vocibus: *Deus*, *Dominus* (Ps. 17,7), *quoniam* (Ps. 26,5), *paupero* (Ps. 81,3), *Deo* (Ps. 48,3), *spiritus* (Ps. 75), *propterea* (Ps. 1,5) *anima*, (12,3, 15,10 16,13 etc.) *sanctus* (15,3; 16,26 etc.) *dextera* (15,11 etc.) *interitus* (15,10 etc.) *omnipotens* (17,48) etc. quae absque abbreviationis sigla in semiunciali scriptura haud raro occurrunt. Alia fortasse huiusmodi indicia ex nonnullarum siglarum analogia, et ex nonnullis mendis erui possent. ex. gr. Ps. 7,10 (cf. Tab. I) ubi pro *utique* scripsit *ut aque*, et Ps. 33,7 *sic* = *hic*.

[2] Licet Blanchini editio Psalterii Veronensis (R) plurimum sit deficiens praesertim quoad eiusdem orthographiam, ut quisque ex comparatione eius facsimilis cum initio Psalmi CXLII facile persuadetur, in verbis *praecem*, *collocaverunt*, *manum* quas correxit in *precem*, *conlocaverunt* et *manuum*, tamen satis est ad demonstrandam eius orthographicam affinitatem cum Psalterio Casinensi, prout ex sequenti Indice apparet.

Ps. 3,5. voce mea = vocem meam.
» 3,7. a milibus.
» 3,8. conteruisti.
» 5,2. intellege.
» 6,7. lababo.
» 9,16. adfixe = infixe.
» 9,17. manum = manuum (*passim*).
» 10,6. sulfur = R. sulpur.
» 11,5. aput.
» 16,8. pupilla(*m*).
» 30,5. de laqueo isto = R a laqueo isto.
» 31,6. oravit = orabit.

Ps. 32,7. thensauris.
» 33,12. fili = filii (*passim*).
» 34,3. framea(*m*).
» 35,9. putabis = potabis.
» 44,9. eboreis R eborneis.
» 50,4. laba.
» 50,15. doceam.
» 54,7. pinnas (*passim*).
» 55,9. lacrimas (*passim*).
» 65,15. vobes = boves.
» 65,17. ori meo = ore.
» 67,6. patres... iudices = patris... iudicis.

editione praefati sunt, videlicet: *a*) frequens permutatio vocalium *e* pro *i*, *o* pro *u* et viceversa; *b*) item consonantiarum *v* pro *b* et viceversa; *c*) nonnullarum vocum contractio ex. gr. manum = manuum, fili = filii, nimis = nimiis.[1] Quibus aliae antiquitatis notae addi possunt tum

Ps. 71,5. coram luna = R ante luna.
» 73,17. verna = R vernum.
» 74,5. cornum (*passim*).
» 76,1. voce meam.
» 77,27. pinnata.
» 100,6. in via(*m*) inmaculata(*m*).
Ps. 101,28. veteresceret.
» 103,37. in tribus (= tribubus).
» 104,16. omnem firmamentum.
» 107,9. efrem.
» 122,1. supervorum.
» 147,17. frustra panis.

[1] Specimen orthographicum.

b pro *v*

*b*ellus 71, 6.
*b*estietur 83, 8.
cor*b*orum 146, 9.
commo*b*ear 9, 27.
cre*b*it 104, 24.
cur*b*averunt 56, 7.
devo*b*it 104, 10.
dulu*b*ium 31, 6.
humilia*b*i 80, 12.
incur*b*atus 37, 7.
la*b*a 50, 4, 9.
la*b*abo 57, 11.
le*b*iatham 103, 26.
ni*b*em 147, 6.
ni*b*escant 67, 15.
sua*b*is 68, 17.
zela*b*i 72, 3.

v pro *b*

conputa*v*is 27, 3.
iu*v*ilare 80, 2.
iu*v*ilemus 94, 1.
iu*v*ilate 97, 6.
iu*v*ilatus 150, 6.
pa*u*ulum (passim) 22, 2.
super*v*ia 30, 19.
super*v*i 118, 51, 85.
super*v*is 18, 14.
super*v*os 88, 11.
uer*u*eratus, 72, 14.
*u*eniamin 67, 28.
*u*uertas 79, 14.
*u*ilem 84, 6.
*u*ilis 101, 11.
*u*obes = boves 65, 15.

e pro *i*

aur*e*s 91, 12.
*d*emitte 24, 18.
in*e*quis 72, 2.
intell*e*gere (passim) 13, 2 etc.
iudic*e*s 67, 6.
l*e*garet 149, 2.
pall*e*um, 102, 27.
patr*e*s 67, 6.
pel*e*cano 101, 7.
pen*e*tetur 109, 4.
pen*e*tebitur 131, 4.
plaud*e*te 46, 2.
pon*e*te 47, 14.
proc*e*dent 71, 9.
s*e*nu 88, 51.
s*e*mplicitate 77, 72.
sust*e*nui 24, 7.
sust*e*nuite 24, 21.
ster*e*litatem 34, 14.

i pro *e*

acc*i*dite 33, 6.
acc*i*dentes 31, 9.
calc*i*amentum 59, 10.
carn*i*s 77, 27.
del*i*sti 9, 5.
desc*i*ndo 29, 9.
desc*i*ndant 54, 16.
desc*i*ndentes 113, 24.
desc*i*ndentibus 29, 4.
d*i*liciarum 108, 8.
der*i*linquentibus 118, 53.
flor*i*at 131, 18.
gaud*i*te 31, 11.
inter*i*merunt 93, 6.
mal*i*volus, 14, 3.
or*i* 65, 17.
perd*i*s 5, 7.
pingu*i*dinis 65, 15.
p*i*nnas 67, 13.
p*i*nnata 77, 27.
poss*i*derunt 72, 12.
salv*i*s 30, 3.
scab*i*llum 109, 9.
sed*i*s 79, 2.

o pro *u*

gress*o*s 16, 5.
ins*o*le 71, 10.
m*o*tuo 36, 21.
occas*o*s 136, 3.
spirit*o*s 103, 4.

u pro *o*

odi*u*sus 54, 13.
iust*u*s 36, 17.
gress*u*s me*u*s 139, 5.
impi*u*s 9, 5.
*u*rbis 18, 5.
p*u*tabis 35, 9.

ex antiqua orthographia codicum uncialium in nonnullis vocibus ex. gr. *thensauris* (Ps. 32^{7}), *totiens* (Ps. 62^{2}), *quotiens* (55^{7}), *loquellae* (18^{4}, 141^{3}), *susum* (73^{5}) *michi, nichil* etc. passim necnon ex frequentissimo usu vocum compositarum absque adsimilatione, quarum specimen hic subdimus: [1] tum ex ipsa perrara Codicis interpunctione. Signa vero characteris *continui* [2], ideoque antiquitatem archetypi testantia, perplurima occurrunt in variis ac curiosissimis scriptoris mendis, quae suis locis subnotabimus, sive litteras et sillabas subtrahendo uni et incongrue addendo alteri verbo, sive maiores litteras praemittendo vel subtrahendo, non sine evidenti versiculorum confusione. Hisce attentis, archetypus ex quo Casinensis apographus derivavit, saltem saec. VI cum Veronensi et Sangermanensi Psalteriis tribui posse coniicimus,

Praeterea notanda est vetustissima Psalterii divisio in quinque libros iuxta hebraicum textum, de qua post Origenem Hilarius, Ambrosius, Hieronymus et Cassiodorus aliique loquuntur, quamque Codicis litterae maiores Ps. I, XLI, LXXII, LXXXIX, et CVI praepositae, satis evidenter ostendunt. Ipsum *Sela* ibidem indicari ab amanuensi

[1] Ex. gr. adnuntiare, adsidue, adcelerare, adlidere, adsumere, conroborare, inluminare, inridere, inludere etc. quae in Indice alfabetico recensentur.

[2] Indicia characteris *continui* archetypi nostri Codicis sufficere possunt sequentia: Ps. 1^{5} *habeo* = ab eo ; Ps. 2 *intelligi te* — 3 *multi plicati* — 7^{13} *vas a mortis* — 17^{51} *salutari a regis* — 27^{4} *reddere tribulationes* = redde retributiones — 33^{1} *adsidua elaus* — 36^{2} *agride fluent* — 36^{17} *confortatu ero* = confortat vero — 59^{3} *nostratus* = nos iratus — 43^{19} *reges sit* = recessit — 67^{33} *vidi te* = vidite — 71^{9} *procedentae thiopes* — 75^{13} *interimentis piritum* — 7^{5} *super vos* = superbos — 104^{31} *omnibus sragionibus* — 106^{30} *se data* = sedata — 119^{5} *me alonginquavi* = mea longinquavi. — Item quoad errores in litteris maioribus, Ps. 9^{24} *detrahit domino Peccator*, 82^{12} *principes. Eorum*, 36^{35} *Videbis vidi* = videbis. Vidi. etc. quae passim in textu et notis Psalterii subnotantur.

per breve spatium vacuum, quod nos parvae crucis † signo expressimus, manifestum est.

Denique siglarum formae praecipuae partim ex Tab. photographica n. 1, partim ex subiecto elencho cognosci possunt [1]. Quo loco admonere praestat, nos orthographicam scripturam verborum *michi* et *nichil* ex veteris archetypi orthographia [2] quoties absque sigla occurrit, religiose expressisse, ut ab alia forma siglata *mihi* et *nihil* plane discerneretur.

b) INDICIA PHILOLOGICA

Supradictis indiciis pro huius Psalterii antiquitate, alia eaque potiora addenda sunt testimonia ex indole ipsa latinitatis huiusce versionis deprompta. Licet enim primo

[1] Praecipuae siglae Codicis hae recensentur:

7 = et
7̄ = etiam
ↄ7 = det
liƀ7 = liberet
ↄt̃ = contra
ppłos = populos
ppłs = populus
ppͦ = populo
ei’ = eius
adꝓpinq̄uit = adpropinquavit
scōꝝ = sanctorum
tep̄e = tempore
p̄uo = prauo
eccła = ecclesia
p̄lio = prelio
peccor̄ = peccatorum
peccōrem = peccatorem
inꝓpii = inproperii
op; = opus
adiuuat; = adiuuatus
benedict; = benedictus
domin; = dominus
usq; = usque
gł̄am = gloriam
qm̄ = quoniam
ipūt = ipsut
ipı = ipsi
ab utō = ab utero
eq̃s = equ(u)s
mͥ = mihi
n̄ = non
ē = est
ꝓp = propter
q̃ı = quasi

[2] Orthographia africana demonstratur etiam in his verbis: *israel, sion,* (p. 315), *orfanus, profeta* (p. 319) *sulpur, urguenter* (321), de quibus cf. Indicem.

obtutu vox ipsa *secus* occurrens in Ps. I.3, ut recte docuit cl. Burkitt [1] a prisca africana versione plane abhorreat, tamen lectio mox sequens, *ut quid (tu)multuate su..* *gentes* (Ps. II, 1) iam in ipso nostri Psalterii limine, nos de eiusdem affinitate cum Tertulliani et Cypriani Psalterio certiores facit. Quam quidem affinitatem in unoquoque paene Psalmo toties confirmatam recognovimus, quoties genuinas pervetustae africanae latinitatis voces lectionesque in eo deteximus. Tales sunt quae praecipue a clarissimis viris Rönsch [2], Burkitt [3], W. Sanday [4] et Henrico von Soden [5] iuxta criticas normas proponuntur, quaeque per se facile in Indice nostro reperiri poterunt.

Denique hoc item confirmant africanae versionis characteres quibus alludebat apologista Arnobius saec. IV (adv. Gent. I, c. 15), respondendo iis qui sacros christianorum libros tamquam *barbarismis* et *soloecismis* obsitos, ac *vitiorum* deformitate pollutos deridebant. Ait, enim: « Quid « officit, o quaeso, ... utrumne quid grave an hirsuta « cum asperitate promatur, inflectatur quod acui, an acua« tur quod oportebat inflecti? aut qui minus id quod di« citur verum est, si in *numero* peccetur, aut *casu*, *praepo*« *sitione*, *participio*, *coniunctione?* » Quorum nonnulla exempla in Appendice I et III proferuntur. Exinde enim facile coniici potest cur saeculo IV circa an. 350 africana versio ab huiusmodi mendis aliquantulum purgari coeperit, indeque paulatim ad *europeam* vel *italam* versionem accesserit.

[1] Journal of Theological Studies, Oxford, 1909, pag. 299.

[2] Rönsch, *Itala und Vulgata*, Marburg, 1875.

[3] Burkitt, *The Old Latin and the Itala*, Cambridge, 1896.

[4] W. Sanday, in *Old Latin Cod. Bobiensis* (K), Cambridge, 1886.

[5] Cf. H. von Soden, *Das lateinische Neue Testament in Afrika zur zeit Cyprians.* — Leipzig, 1909.

Nec minoris pretii ad eamdem Psalterii antiquitatem comprobandam alia estimantur vocabula quae pariter ibi permixta, ab africanae latinitatis indole recedunt, et potius *europeae* seu *italae* versionis biblicae [1] aliquid praeseferre

[1] Ut de praecipuis huiusmodi diversae latinitatis characteribus plenior cognitio habeatur, sufficient sequentia verba ex Indice nostro collecta:

VOCES PERMIXTAE LATINITATIS.

a) AFRICANAE		*b*) NON AFRICANAE.
interitus	seu	corruptio.
insidiae	»	dolus.
claritas	»	gloria.
clarificare	»	glorificare.
pressura	»	tribulatio.
thronus	»	sedes.
sacrificare	»	immolare.
fortitudo	»	virtus.
procella	»	tempestas.
sermo	»	verbum.
flagella	»	verbera.
emendare	»	erudire.
termini	»	fines.
bellum	»	prelium.
ambulare	»	ire.
lenitas	»	mansuetudo.
imperium	»	praeceptum.
liberare	»	eruere.
colligi	»	congregari.
metuere	»	timere.
curruscationes	»	fulgura.
parturitiones	»	dolores.
in conspectu	»	coram.
facinus	»	iniquitas.
facinerosus	»	iniquus.
muscipula	»	laqueus, fossa.
tegere	»	operire.
similare	»	adsimilare.
amaricare	»	incitare.
iucundare	»	exaltare.

c) NON AFRICANAE SPECIALIS AC FREQUENTIORIS USUS.

inproperium = opprobrium.
pravus = malus.
adsidue = semper.
minime = non.
copiae = divitiae.
copiosus = dives, multus.
mendosus = fallax, mendax.
tamen = verumtamen.
errare = moveri.
respondere = exaudire.
pabulum = foenum.
conticescere = silere.
angustiae = tribulationes.
inaurire = exaudire.
sentire = intelligere.
in idipsum = simul.
nimius = multus.
sevum = adeps, oleum.
coperire = operire.

d) ELEGANTIORIS LATINITATIS SPECIMEN.

25, 6 non praesente timore.
54, 20 quibus non sunt mutationes ipsi neque timent.
74, 8 aliquotiens... nonnumquam.
103, 9 et subducta est.
103, 25 avidum manibus.
103, 29 subducis spiritum eorum.
105, 43 vicibus plurimis liberavit eos.

videntur. Siquidem, voces lectionesque huiusmodi saltem saec. IV-V propriae, idest Hieronymo, Ambrosio, Rufino et Augustino familiares, censendae sunt.

Hisce duobus distinctae latinitatis elementis, tertium quoque adnotandum esse suspicamur, quod proprie alterius rudioris auctoris manum, ac novum huius versionis characterem prodere videtur. Non enim agitur de simplici versione vel recensione veteris Psalterii africani ad *italam* iuxta LXX viralem editionem, sed saltem de tentamine seu specimine quodam criticae editionis Psalterii africani ad hebraicam veritatem et ad Hexaplas Origenis undequaque exacti, ut infra demonstrabimus. Iamvero si latinitas comparetur in iis locis in quibus vetus latina versio cedat oportet ut textui hebraico aut Hexaplari editioni pressius conformetur, talis styli ac linguae diversitas apparebit, ut explicari nequeat, nisi diversarum manuum opera supposita, quarum uni quidem hebraici textus, alteri vero Hexaplaris editionis collatio tribuatur. Porro cum etiam textus praemasoretici indicia nonnulla in eadem appareant, nemo inficietur, ex hac quoque ratione antiquitatem versionis tueri probarique, ut saltem ante saeculum VI assignari possit.

VI. — **De criticis fontibus Casinensis Psalterii.**

Ut autem de supradicto triplici fonte certam notitiam lectores nostri attingant, sufficere credimus tamquam specimen totius Psalterii critice examinati eisdem offerre Psalmum XXI, quem in Appendice I huius Voluminis, nobili testimoniorum suorum comitante caterva, sequestravimus. Ex iisdem enim testimoniis, ni fallimur, apparet;

a) maiorem partem versionis huiusmodi genuinam exhibere africanam illam translationem ex LXX qua Ter-

tullianus ac Cyprianus, ipseque Augustinus Psalterio cum Veron. usi sunt, ipsissimis illis distinctam characteribus quos Arnobius afer iam saec. III exeunte nobis descripsit [1].

b) alteram vero partem, minorem quidem ac speciali (ut videtur) latinitate interdum semibarbara donatam, reprasentare eius emendationem iuxta hebraicum textum a quodam nobis ignoto, sed eiusdem linguae satis perito factam, qui translatoris Aquilae vestigia haud raro ita presse secutus est, ut ei quoque applicari possint quae Hieronymus in Epist. 57 de eodem scripserat, i. e: « Aquila autem proselytus et contentiosus interpres, qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus est..... et syllabas interpretatur et literas, dicitque συν τον ουρανον καὶ συν την γην, quod graeca et latina lingua non recipit [2] ».

c) tertiam denique eiusdem portiunculam propria quoque latinitate plerumque eleganti etiam forma ornatam,

[1] Cf. Appendicem n. I.

[2] Cf. Appendicem n. VIII. Ad huius rei confirmationem praeter illa quae ibi allegantur, sufficiant exempla quae hic subnectimus, de usu semibarbaro praep. *cum* pro particula את, quod quidem inter characteristicas Aquilae versionis formas praecipue dinoscitur. (cf. Swete *Introd.* p. 39 — Burkitt *Fragments of the Books of Kings according to the translation of Aquila.* — Cambridge 1898).

13 ² *cum* Domino.
52 ³ *cum* Deo.
77 ⁴ *cum* salutare Dei.
78 ¹ *cum* templo.
83 ⁴ *cum* altariis tuis.
88 ³⁹ *cum* Christo tuo.
101 ¹⁵ *cum* pulvere.
102 ¹ *cum* nomen sanctum.
116 ¹ *cum* omnes populi.
125 ¹ *cum* captivitate.
132 ³ *cum* benedictione.
133 ¹ *cum* Domino.
134 ¹ *cum* nomine, ¹⁹ *cum* Domino, ²⁰ *cum* domino (bis).
136 ⁴ 1 *cum* Sion, *cum* cantico, ⁶ *cum* ierusalem, ⁷ *cum* diem.
136 ⁸ *cum* retributione, 9 *cum* parvulis.
146 ² *cum* Dominum.
147 ² *cum* Dominum.
148 ¹ *cum* Dominum (bis), 5 *cum* nomen, 6 *cum* Domino.

novam eiusdem correctionem exprimere ad versionem Hexaplarem exactam, in qua potissimum Aquilae et Symmachi, raro autem Theodotionis et Quintae Editionis lectio praevalere videtur [1].

Porro, qualis quantaque horum trium fontium pars seu relativa proportio in unoquoque psalmo inveniatur, haud facile definiri potest, ac nonnisi singulis psalmis ad trutinam critice perpensis et examinatis, quod a doctis hac in re viris expectamus. Quod ad nos attinet interim ex summaria eius collatione, quam cum Psalterio Sangermanensi ac Veronensi necnon cum textu hebraico et Hexaplis instituimus, affirmare possumus, saltem generatim, proportionem eius convenientiae cum Sangerm. repraesentari posse hac subnexa tabella:

VETUS AFRICANA VERSIO IN PSALTERIO CASSINENSI.

circiter 3/4 emendata	*circiter 2/4 emendata*	*circiter 1/4 emendata*
a Ps. I ad XVI.	a Ps. XVII ad XXXIII.	a Ps. XXXIV ad XXXVIII.
78, 96, 97, 98, 99, 102, 107, 109.	39, 40, 41, 46, 60, 62, 71, 77, 79, 80, 84, 87, 88, 91, 100, 103, 104, 105, 106, 112, 115, 116, 117. 118, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 145.	a 42 ad 59, 61; a 63 ad 70, 72, 73, 74, 75, 76, 81, 82, 83, 85, 86, 89, 90, 92, 93, 94, 95, 101, 108, 110, 111, 113, 114, 119; a 120 ad 130, (137 abscissum); a 138 ad 144; a 146 ad 150.

Praeterea, ex eadem Psalterii nostri collatione cum Sg. et RA, hoc quoque colligere potuimus, videlicet, quod novem tantum priores psalmi usque ad v. 24 accuratiori quodam studio emendati fuerint, caeteri vero ac praeser-

[1] Cf. Appendicem n. IX. et quae superius adnotavimus.

tim postrema eorum pars, nonnisi parum ac leviter emendatoris limam persenserint, ita ut huiusmodi revisio seu recensio ad supradictos fontes quamvis totum Psalterium complectitur, opus tamen imperfectum esse et dici debeat. Cuius quidem rei indicia non dubia esse videntur. *a)* duplicatae lectiones, *b*) omissiones et additiones, quas in Appendice indicavimus [1].

Item haud minoris negotii erit eius varium characterem, quem non sine causa proteiformem appellavimus, describere. In quibusdam enim Psalmis huiusmodi versio ita presse hebraicum textum sequitur ut ex illo directe conversum fuisse dici posset, in aliis vero lectiones Hexaplares praevalere videntur. Ideoque aliquoties ad Hieronymi translationem ex hebraeo accedere videtur, aliquando vero ad versionem RA vel Sangerm. iuxta LXX inclinare conspicitur; et licet plerumque puram formam retinet africanam, nonnumquam tamen etiam *italae* vel *europeae* versionis characteres ostendit, ut ex. gr. in Ps. 118. Denique haud raro primam partem eiusdem versiculi cum textu hebr. alteram vero cum LXX concordare videmus, aut viceversa, prouti etiam ex Specimine Ps. XXI critice examinati, in Appendice n. I conspici potest.

Iam restat ut de duobus aliis fontibus hebraico scilicet et graeco Hexaplari, qui peculiarem eidem versioni addunt praestantiam pauca subiungamus. Hebraicam enim recensionem huius Psalterii satis evidenter ostendunt quae in Appendice n. VIII protulimus exempla. Ex quibus tam frequens ac peregrina lectionum varietas, nonnisi per hebraicum textum explicari potest, videlicet: *a*) ob litterarum affinium confusionem, *b*) ob vocalium absentiam, *c*) ob suf-

[1] Cf. Append. n. X. XI, XII.

fixorum mutationem, *d*) ob litterarum transpositionem. *e*) Praeterea nonnullas quoque attulimus *hebraicas characteristicas*, inter quas notandus est mos exprimendi articuli hebraici per pronomen *ipse*, *a*, *um*, qui certe antiquissimus esse debuit, quippe qui iam apud ipsum Cyprianum in *libro Testimon.* col. 289 ad Ps. 131 [11] ita se habet: *IuravitDeus ipsi David*. *f*) Denique veluti sigillum authenticum huiusmodi fontis, duodecim quae in hoc Psalterio ininterpretata occurrunt, nomina hebraica recensuimus.

Quibus omnibus alios quoque hebraismos allegare possemus. ex. gr.

20 [2] quod (מה) exaltabitur.
21 [7] viderunt in (ב) me — 33 [9 13] ille (ה) vir.
114 [4] 115 [4 7] in nomine Domini invocabo.
96 [17] colentes sculptilibus etc.
18 [4] *Sine auditu* (= non sunt loquelae) etc.
113 [13 14] *Os ipsis* (= habent), *oculi ipsis... aures ipsis* (להם).
Item frequens usus prep. *sine* (בלי־) cum nomine loco verbi ex, gr. 9 [25] *sine Deo* (= non est Deus)
58 [5] *sine iniquitate mea, et sine peccato meo, Domine. Sine impietate.*

Hoc autem loco lectorum oculis praeponendae sunt etiam curiosae quaedam lectiones, quae nonnisi ex hebraica ethimologia prodierunt, ex. gr.

82 [11] *exterguntur in oculo generationis* (= in Aendor).
86 [4] *commonentes famem et confusionem* (= Memor ero Raab et Babylonis).
82 [12], 117 [9] *spontaneos* (= principes)

Neque praetermittenda sunt peregrina admodum verba quae quandam assonantiam cum hebraica voce praeseferre videntur. Huiusmodi sunt:

9 [4] ועד = et adhuc (passim)
5 [11] מרא = amaricare (passim).
50 [21] עולה = holocausta.
67 [31] קנה = canna.
136 [7] ערו ערו = aurite aurite.
34 [18] עצם = osseus, ossuari, ossafundare ossefacere.

Ceterum si quis de hebraici textus influxu in hoc Psalterio claram ideam sibi acquirere cupit, eam facile ex qualicumque psalmo, sed praecipue ex Psalmis 49 et 67 depromere poterit [1].

Ad Hexaplarem autem fontem quod attinet, ultro fatemur quam difficile sit definire quaenam ab hebraico textu, quaenam vero ab Hexaplis pendeant lectiones. Verum, si non de omnibus quas in Appendice n. IX veluti Hexaplaria excerpta protulimus, aequalem certitudinis gradum habemus, tamen de quibusdam nihil omnino haesitandum esse suademur. Quas inter lectiones libenter in praesenti nonnullas commemoramus, quae ipsum Psalterium nova quodammodo luce illustrare videntur. Huiusmodi sunt:

7. 12 *interminans* de qua in Append. VI, ubi ex Hier. Comm.lis veram Aquilae lectionem απειλουμενος restituimus.

10. 2. *in tenebroso lune* = Aq. ασελινῳ νυκτι Quae lectio omnino africanae originis cum Optato et RA esse debuit, licet etiam in Comm. Theodori Mopsuesteni in Psalmos (ex Cod. Ambr. C. 301 Inf.) interpolata fuit. Ea enim non quidem Theodoro, sed eius interpreti africano debetur [2].

34. 20. *super iram terre locuntur insidiosa.* Perrara ista lectio quae occurrit etiam in Psalt. Gall. = (*Et in iracundia ·⁜· terrae loquentes: dolos cogitabant.*) etiam in Cod. 184 cap. Holmes ita legitur: επ' οργην ·⁜· γης λαλουντες:

[1] Non desunt loca ex quibus nostri interpretis independentia a Hieronymi versione evidenter adstruitur, ut ex. gr. in Ps. 113, [10]; 115 [7]; 117, [2], [3]; ubi particula hebr. *na,* vel *anna* interpretatur *peto* Domine, *pietare* Domine, dicant *pia,* pii timentes, non autem *O Domine* ut Hieronymus docet.

[2] Cf. Ascoli, *Archivio Glottologico* 1882 ubi pag. 82 haec leguntur: « *In obscuro* autem dixit quod est in graeco σκοτομενη (sic) id est, cum noctis tenebras facit etiam lune absentia densiores. *Mene* enim lunam greci vocant, unde menes quod est menses rectissime nuncupantur ».

δολους διελογιζοντο. Exinde quae de Grabii finctione a cl. Field h. l. adnotantur temperanda sunt.

90. 1. *in tegumento idonei* = Aq. (εν σκια) ικανου. De qua Hier. in epist. 25 ad Marcellam refert: « Apud Hebraeos pro *Dei caeli* expositum **Saddai** quod Aquila interpretatur ικανον, quod nos *robustum* et *sufficientem* ad omnia perpetranda, accipere possumus [1] ».

Aliae quoque hexaplares lectiones praeter eas quas ipsi in hoc Psalterio collegimus, inveniri possunt ab iis qui accuratius hanc versionem investigent. Sic. ex. gr. in Ps. **77.** 17 *contendere Altissimo,* quae lectio neque ab hebr. למרות, neque a LXX παρεπικραναν pendere potest, quia auctor iuxta morem suum vertisset » vel *ad amaricandum*, vel *amaricaverunt* Altissimum », sed aut ex Aq. του προσερισαι υψιστῳ, aut ex Σ φιλονεικειν τῳ υψιστῳ derivasse videtur [2].

Item etiam ex omissionibus lectiones hexaplares secerni possunt ut ex. gr. **117.** 28. > *Confitebor tibi quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem.* De qua omissione in Hexaplis notatur, quod « hi duo stichi non habentur in τετρασελιδῳ apud nullum, nec apud O′ nec apud Eusebium ». Plura alia indicia huiusmodi fortasse etiam in duplicatis lectionibus et in quibusdam aliis peregrinis locis inveniri possunt, uti ex. gr. **17.** 16. *meatus nudum aquarum* ubi praeter A εκχυσεις υδατων, aliam lectionem in voce *nudum* = νηδυον (?) subesse suspicamur.

Demum hoc loco ex multis typicum quoddam exemplum exhibere volumus, quo explicari possent casuales quaedam verborum concordantiae, de quibus praesertim

[1] Cfr. Etiam 131, 6 *in agro idoneo* ubi duplex istae lectio ex confusione שׂדי cum שַׁדַּי, incertitudinem correctoris fortasse ex Aq. ικανω ostendit.

[2] Aliud exemplum ad huius rei confirmationem erui potest ex Ps. 65, 7 ubi pro *amaricaverunt* (cum RA), habet *separantes se* cum Aquila.

in Appendice VII sermonem fecimus. Hoc ex Ps. **54.** 21, qui ceteris praestat in hexaplaribus lectionibus exhibendis eligimus. *Quibus non sunt mutationes ipsi neque timuerunt.* A οις ουκ εισιν αλλαγαι αυτοις. Ubi pene eisdem verbis usus est cl. Field ad h. l. scribens: « Quibus non sunt mutationes nec timent ». Huiusmodi vero inter utramque versionem concordantia omnino casualis, haud sine aliqua admiratione passim conspicitur.

Aliam quoque characteristicam nostrae versionis detegimus in quibusdam lectionibus, quas *praelucianeas* vocant, ex quibus etiam specialem textus hebraici affinitatem cum prisca africana versione intercessisse subodoramus, ut ex. gr. Ps. **41.** 9 *et nocte cantatio eius*, **44.** 12 *et adorabis eum;* 13, *et filia Tyri.* **131**, 6 *in Eufrata.* **64.** 7 *in fortitudine sua* (αυτου) contra ceteros *tua.*

VII. — De praesumibili huiusce recensionis auctore Rufino.

Antequam huic Introductioni ad Casinense Psalterium, eiusque examini finem imponamus aliquid fortasse dicendum esset etiam de eius auctore saltem praesumibili, si non probabili. Verum in tanta hac de re documentorum penuria, ac densa caligine circa priscam Psalterii latini historiam timendum est, ne temeritatis notam incursurus sit quisquis aliquid contra tam generale scriptorum silentium affirmare praesumserit. *Nullus* enim, *praeter Hieronymum,* (testibus Isidoro, Beda ac Rabano Mauro [1] *de Hebraeo in La-*

[1] Rabanus Maurus De clericorum Instit. lib. II. c. 54.

tinum eloquium Sacras Scripturas convertit. Attamen bona istorum pace, si vera sunt quae supra ostendimus, monumentum quod nunc oculis nostris perspicimus, ac manibus nostris contrectamus, tale est, quod triplici eius fonte hebraico, scilicet graeco et latino supradictae eorum affirmationi ac tam generali historiae silentio omnino contradicere videatur. Proinde nihil prohibet, quominus etiam de praesumibili huius Psalterii auctore aliquid saltem coniecturaliter suggeramus. Nobis enim hac de re persaepe cogitantibus, haud semel ante oculos mentis singularis quaedam figura obversata est, doctissimi scilicet illius scriptoris saec. IV-V de ecclesiastica litteratura benemeritissimi, qui speciali Augustini et Paulini Nolani familiaritate usus, quique cum Ambrosio et Chromatio peculiari venerationis vinculo coniunctus, demum ipsius Hieronymi concivis ac condiscipulus, eidem aliquando coniunctissimus aliquando vero disiunctissimus visus est, Rufinus videlicet, praesbiter Aquileiensis. Nostra ergo humili coniectura, opus istud nulli ex scriptoribus saec. IV vel V melius convenire videtur quam huic Hieronymi aemulo, qui ab eodem interpretandi disciplinam accepisse ultro fatetur [1]. Cui quidem qualicumque nostrae coniecturae, haud non spernenda indicia suffragare videntur. Talia sunt: *a*) quorumdam verborum peregrinorum usus, tam nostro Psalterio quam ipsi Rufino peculiariter familiarium. Huiusmodi recensentur: *sentire* (= intelligere), *sensus* (= intellectus), *copiosus esse* (= abundare), *inproperare, requirere, insussurare, macerare, vacillare commanere, minutare, cooperire, pulsare, purgare, amictum, maliloquium, spretio, interanea, filii*

[1] Rufinus in Apol. adv. Hieronymum lib. II. « Ego me interpretandi disciplina tantummodo incitatum a te dixi vel secutum ».

Adam[1] (= hominum) etc. *b*) nonnullae characteristicae lectiones huius Psalterii quae nonnisi apud Rufinum inveniuntur, ex quibus praecipue notanda quae in Origenis comm. in Ps. 36 disserit de v. 4, nempe: *Deliciare super Dominum, et dabit tibi petitiones cordis tui,* ubi quasi paternitatem huiusce lectionis sibi vindicare videtur. Itemque de lectione (Ps. 35 v. 9) *torrentem deliciarum*[2]. Item perrara

[1] *Sentire* = intelligere (Ex Hom. XX Orig. in lib. Iosue I: vel nos ad praesens sentire non possumus (col. Ib. 921) — etiamsi non sentiamus utilitatem (col. Ib. 923) — sentimus quia utile est (Ib. 924) — de divinitate senserunt..... indigna sunt quae senserunt (Ib. 926)
Sensus = (intellectus) sensum in ea spiritualem (Ib. 927).
purgare = purgari Ecclesiam (Ib. 928-933)
copiosus esse — Si copiosus fueris in actibus (In Ps. 36 Migne P. G. XII. col. 1327).
fili Adam = passim Ibid. Hom. II Orig. in Levit.
cooperire = (Ib. Charitas cooperit multitudinem peccatorum.
insussurrare = insussurrantes (Orig. Hom. XX in lib. Iosue n. 1. col. 921)
minutare = (Hom. II Orig. in Levit. I) ne multum minutatum sit.
cooperire = non vult cooperire viam suam (col. 1328)
improperare — noli inproperare homini (In Ps. Migne P. G. 37 Hom. II col. 1381)
requirere — requiris a nobis (Migne P. L. 21 col. 300) requirere debemus (Ib. 309).
macerare — cruciatibus macerat (Ib. col. 323) macero corpus meum (Ib. 324)
vacillare — ne.... traditio vacillaret (Ibid. 356)
commanere = commanent per desertum (Ib. 390) in eremo commanens (Ib. 399).
pulsare = pulsare consuevi (Ibid. 312) quae nunc nos pedetentim pulsamus (336).
spretio = spretio litterarum (Ib. 927)
amictum — (De Benedict. Patriarch. libr I. ubi haec profert « *Amictus*, propinquior quaedam, vel secretior corpori vestis videtur esse, quam stola ».
maliloquium — (cf. Forcellini)
interanea = carnes cum corio et interaneis (Ib.)

[2] Cf. Rufinum op. cit. ad h. l. « Sciendum est quia hoc quod dixi in Latino, « *delectare in Domino,* in graeco, *deliciare in Domino, dicitur.* Hoc enim grae- « cus sermo indicat, quod ait κατατρυφησον...». Et paulo post: « Sed et alibi:

vox *profectio* = profectus, (quae occurrit Ps. 22 [10] *Quae profectio sanguinis mei?)* licet desideratur in Lexico Forcellini, tamen adhibetur a Rufino in Prol. ad Ps. 36 ubi dit: « Quae ad emendationem vel profectionem morum tota respiceret ». Denique etiam frequens usus adverbii *adhuc* = ultra, confirmatur ab eodem (Hom. VI n. 13 in Exod.): « *Domine qui regnas in saeculum, et in saeculum, et adhuc.* Quod vero addit in hoc loco *et adhuc,* nullum sensum termini alicuius aut finis reliquit ».

c) Hieronymi quoque testimonium, quod in Epistola 106 n. 57 legitur: « Nisi forte εξουδενωσας, non putatis transferendum *despexisti,* sed, **secundum dissertissimum istius temporis interpretem,** *annichilasti,* vel *annullasti,* vel **nullificasti**, et si qua alia possunt inveniri apud imperitos portenta verborum ». Nulli enim alio quam Rufino verba ista vibrantia alludere facile cum Maurinis omnes conveniunt[1]. Attamen locum Rufinianae versionis cui alludit Hieronymus adhuc incompertum, nobis nunc primum suppeditare videtur Psalterium Casinense (Ps. **118**, 118,) ubi εξουδενωσας reapse verbo **nullificasti** in Latinum transfertur. Quod quidem confirmari potest etiam ex alio eiusdem Epistolae loco, ubi de Ps. **105.** 8 haec scribit: « *Et irritaverunt...* pro quo in graeco invenisse vos dicitis και παρεπι-

---

« *Torrentem,* est, *deliciarum potum dabis eis,* sanctis scilicet. Sed et hic scio « quod in Latinis exemplaribus haberi solet, *torrentem voluptatis tuae,* sed in « Graeco habetur τρυφης, quod est, *deliciarum* » (Et inferius concludens ait): « *Deliciare ergo in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui* ».

[1] Huiusmodi vocabulis delectatur Tertullianus: Sic de Is. LI, 7: *Ne metueritis ignominiam ab hominibus, et nullificatione eorum ne minuamini.* Quae ignominia, quae nullificatio? (lib. IV adv. Marc. cap. 14). Item Ambrosius (De lapsu Virginis consecr. n. 46) habet: « Ideo in civitate Domini nullificata est anima mea ».

κραναν, et putetis verbum e verbo debere transferri, *et amaricaverunt*. Sed haec interpretatio *annullationi* consimilis est, sive *annichilationi* ». Hinc enim versioni nostri Psalterii in qua legitur *examaricaverunt,* fortasse allusisse cernitur, quod ceterum ex aliis eiusdem quoque Hieronymi testimoniis compertum est [1].

Attamen non inficiamur, contra nostram coniecturam nonnullas difficultates opponi posse, quarum praecipua ea videtur, quae ex ipsomet Hieronymo de Rufini ignorantia linguae hebraicae depromi posset. Sic enim in Apol. adv. Rufinum ipse scribit: « Et me trilinguem bilinguis, ipse ridebis? » Cui responderi potest, de hac re adhuc dubitari inter eruditos, praesertim attenta diuturna Rufini mora in Palestina. Denique potuisse eum id facere mediante perito aliquo hebraeo, nihil prohibet quominus coniciamus, presertim ex iis indiciis quae iam superius hac de re attulimus. Alia difficultas contra nostram coniecturam ex Rufini verbis, fortasse desumi posset, ubi contra Hieronymi versionem ex hebraeo, *ab irato* haec scribit: « Ista vero quae nunc tu interpretaris, et per Ecclesias « et monasteria, per oppida et castella transmittis, quo- « modo suscipiemus?... Quis praesumpserit sacras Sancti « Spiritus voces et divina Volumina temerare? Quis prae- « ter te divino muneri et Apostolorum haereditati manus « intulerit? » Quomodo enim sibimet contradicere potuisset Rufinus, si in hoc quoque exemplum Hieronymi secutus, novam Psalterii emendationem parare ausus esset? At facile opus huiusmodi, tacito nomine, vel sub alienae personae nomine, prodire potuisset, si tamen illud ad perfectionem eius auctor perduxisset. Ceterum, videant doctio-

[1] Cf. Append. VII. De frequentia huius verbi cf. Indicem.

res quid sentiendum de hac controvertibili nostra coniectura, dummodo nova luce, novisque documentis huiusmodi tenebras et incertitudines effugare a nobis festinent.

Recapitulatio.

Tandem, qui veluti per ignota maria scopulosa nos hucusque navigasse fatemur, ac quasi per sylvam adhuc virgineam atque imperviam gressus nostros tot inter acutos prunos inplicasse non diffitemur, quae exinde colligere potuimus haec breviter recapitulemus.

1) In Cod. Casin, 557, circa an. 1166 a Ferrone casinensi conscripto, una cum tribus Hieronymi Psalteriis, quartum anonymum invenimus Psalterium, cuius archetypi antiquitas saltem ante sæc. VI coniici potest.

2) Versio latina eiusdem Psalterii priscam africanam versionem exhibet ad textum hebraicum et ad editionem Hexaplarem exactam atque emendatam.

3) Huiusmodi versionis indicia seu testimonia non desunt apud Tertullianum, Cyprianum, Arnobium, Augustinum, Ambrosium, Hieronymum ac Rufinum Aquileiensem.

4) Recensio anonymi huius vetustissimi Psalterii eidem Rufino Aquileiensi fortasse tribui posset.

5) Scopus eiusdem operis fuisse videtur, africani Psalterii versionem conservandi in iis quae a textu hebraico vel ab Hexaplari lectione non multum discreparent.

Exinde tantus inopinatus thesaurus quantae utilitatis ac praestantiae esse possit pro critica et historia textus hebraici, editionis Hexaplaris et praecipue veteris ac novae

latinae versionis, necnon pro philologiae studiis, facile quisque colligere poterit. Ideoque nunc illum cum qualicumque operi nostro, publico litterario gazofilacio integre committentes, debitas gratias Deo et cunctis adiutoribus nostris referimus, doctos ac sollertes Bibliothecarum exploratores enixe rogantes, ut maxima diligentia investigare velint, utrum aliud huiusce Psalterii exemplar inveniri possit, quo et lectio eiusdem confirmari vel emendari queat, et eius origo et historia, quae vix inter tot nebulas introspicitur, nova luce clarescere valeat.

Romae, ex Collegio S. Anselmi
Kal. Maii MCMXII

AMBROSIUS M. AMELLI O. S. B.
Abbas Florentinus

ADDENDA ET CORRIGENDA

ERRATA		CORRIGE
p. 3 Monitum — Signo crucis †		indicamus *Sela.*
» 4 (2, 2) v. simul. Adversus		simul. † Adversus
» 4 (2, 6) constitu[tu]s		(fortasse) *constitus*
» 5 (4, 3) grabis cordes aut qui	—	gra*vis* cord*is* aut qui*d* (?)
» 8 Ad notam *c*		probabilius pro *Sela*
» 9 (9, 33) pauperem		(forte leg.) *pauperum*
» 9 (10, 5) et amorem	=	et ama*t*orem (?)
» 10 (13, 4) in cibo panis.		in cibo panis?
» 12 (16, 14) filii et filiae	=	filii et *suillae* (?)
» 13 (17, 31) Ecce di (sic)		undenam?
» 15 (20, 10) consumet eos igni		(= igne?) vel ignis (?)
» 21 (30, 14) concitaverunt	=	cogîtaverunt (cum hebr?)
» 26 (36, 10) et species		(= et quaeres) undenam?
» 29 (39, 1) † [Ps. XXXIX]		delenda †
» 29 (39, 5) qui timet	=	qui *tenet* (?)
» 30 (41, 8) abyssus alta abyssum	=	abyssus ad abyssum
» 33 (45, 1) Supra Ps. XLV	†	pro spatio 1 lineae apponenda.
» 33 (45, 1) Deus Iacob		Deus iacob † (= *Sela*)
» 37 (51, 6) inversionis	=	immersionis (?)
» 38 (54, 19) aproximantibus		lege, a proximantibus
» 38 (54, 10) [iu]diciones	=	vindiciones, vel vindicationes (?)
» 44 (64, 8) Letificans estum	=	*Mitificans* estum (?)
» 44 (65, 4) altissime		Deest hoc loco *Sela.*
» 44 (65, 15) vobes		(= boves)
» 45 (66, 2) vobiscum		Deest *Sela*
» 45 (67, 11) Vitae tuae		(= Animalia tua)
» 45 (67, 13) Regi Sabaoth		(= regis) (pro, reges)
» 47 (68, 12) Et dedit		(= Et dedi)
» 52 (75, 1) † [Ps. LXXV]		Deest *Sela* in hebr.
» 52 (75, 4) et prelium	†	et prelium † (= *Sela*) quod > hebr.
» 53 (76, 3) requisivi	=	requisivit (?)
» 53 (76, 16) et ioseph	=	et ioseph † (= *Sela*)
» 55 (77, 54) et tacuit	=	et iacuit (?)
» 59 (83, 11) a generatione		(= magis quam)
» 60 (84, 3) nequitias eorum	=	nequitias eorum † (= *Sela*)
» 61 (87, 1) [Ps. LXXXVII)		† [Ps. LXXXVII]
» 62 (88, 5) semen.... tuum	=	semen (p. 230) tuum
» 64 (89, 12) Adnumerositatis	=	Ad numerositates (?) ex Hebr. et Aq.
» 64 (93, 15) omnes recti beati corde		Addenda inter duplicatas lectiones.
» 67 (94, 10) displicuit	=	displicui (?)
» 67 (95, 9) parturiet	=	parturite (?)
» 70 (101, 1) Adest spatium 1 lin.		signandum †
» 76 (105, 48) amen alleluia.	=	amen. [Ps. CVI] alleluia.
» 76 (106, 1) In nota: *IV distinctionem*		V distinctionem
» 77 (107, 7) liberata	=	liberati
» 84 (118, 24) et viri	=	*ut* veri
» 89 (118, 162) Sextus ego sum	=	laetabor ego (App. X cf. Hebr).
» 89 (118, 165) scrupulum	=	scandalum
» 96 (13 , vv. 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16	=	20, 21, 22, 23, 24, 25, 26
» 97 (138, vv. 12, 13, 14	=	22, 23, 24.
» 112 (21, 28 Cypr.) universe patriae gentium	=	*omnes* patriae gentium (Ibid.)

LIBER PSALMORUM

IUXTA VETUSTISSIMAM VERSIONEM LATINAM

NUNC PRIMUM EX COD. CASINENSI N. 557

[Psalmus I.] (p. 217.)

1 Beatus uir qui non habiit in consilio impiorum. Et in uia pec-
catorum non stetit. Et in cathedra pestilentie non sedit.
2 Set in lege domini uoluntas eius. Et in lege d[ei][a] eius me-
ditabitur die ac nocte. 3 Et erit tamquam lignum quod plantatum est
secus decursus aquarum. Quo[d][b] fructum suum dabit tempore suo.
Et folium eius non decidat[c] et omnia quecumque faciet[d] prospera-
buntur. 4 Non sic dirige[n]tur[e] impii. Set tamquam puluis quem proiecit
uentus a facie eius terrae. 5 Propterea non resurgunt impii in iudi-
cio neque peccatores in consilio iustorum. 6 Quoniam nouit dominus
uiam iustorum et uia impiorum peribit.

Codicis lectiones. Ps. I [a] Cod. *d* cum lineola superposita = *dei* [b] Cod. *quo* [c] Sic in ras. fortasse ex *decidet* [d] *faciet prosperabuntur et omnia quaecumque.* [e] *dirigetur*

MONITUM

Quo melius originalis aspectus versionis appareat, orthographiam et lectiones saepe mendosas codicis scrupolose servavimus. — Quas vero interdum correctiones, aut coniecturas ex nostro introduximus, eas omnes intra uncos [ ] conclusimus. — Item puncta interrogationis, et numeros versiculorum ipsi addidimus. — Frequentes autem verborum et versiculorum omissiones, aliaque notabilia ad *Appendicem* remittimus. — Psalmorum numeratio iuxta LXX facta fuit. — Signo crucis † spatium vacuum circiter decem litterarum interdum occurrens, inter psalmos et inter versiculos, indicamus.

[Psalmus II.]

1 Ut quid [tu]multuatae [a] sunt gentes et populi meditati sunt inania?
2 Adstite[runt] [b] reges terrae et principes conuenerunt simul
Aduersus dominum et aduersum christum eius. 3 Disrumpamus uincula
eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum. 4 Qui habitat in celis
inridebit eos et dominus subsannabit eos. 5 Tunc loquitur ad eos et
in furore suo conturbabit [c] eos. 6 Ego autem constitu[tu]s [d] sum rex
hab [e] eo super sion montem sanctum eius. Adnuntians de preceptis eius.
7 Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. 8 Postula
a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam
terminos terrae. 9 Reges eos in uirga ferrea sicut uas figuli confrin-
ges eos. 10 Et nunc reges intellegite erudimini qui iudicatis terram.
11 Seruite ipsi domino in timore exultate ei cum tremore. 12 Osculate
disciplinam nequando irascatur dominus et pereatis a uia iusta.
13 Cum exarxerit in breui ira eius beati omnes sperantes in eum.

[Psalmus III.]

2 Domine quid multiplicati sunt tribulantes me? Multi exurgunt ad-
uersus me. 3 Multi dicunt animae meae non est salus ipsi in
deo eius. † 4 Tu autem domine protector meus es gloria mea et
exaltans caput meum. 5 Uocem meam ad dominum clamaui et exau-
diuit me de monte sancto eius. 6 Ego dormiui et somnum caepi et
exurrexi quoniam dominus confirmauit me. 7 Non timebo a milibus
populi circumdantis me. 8 Exurge domine saluum me fac deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa dentes
peccatorum conteruisti. 9 Domini est salus et super populum tuum
benedictio domini.

Ps. II. — [a] Cod. *multuatae* *adstite* (sic) relicto spatio Coaeva m. corr. *disturbabit* [d] *constitus* [e] *habeo.*

[Psalmus IV.]

2 Cum inuocarem te exaudisti me deus iustitiae meae. In tribulatione
dilatasti michi. Miserere mei domine et exaudi orationem meam.
3 Fili hominum usquequo grabis cordes aut qui diligitis uanitatem
et querentes mendacium. † 4 Et scitote quoniam mirificauit dominus
sanctum [a] suum. Dominus exaudiet me cum clamarem ad eum [b]. 5 Ira-
scimini et nolite peccare quae dicitis in cordibus uestris et in cubi-
libus uestris conpungimini. † 6 Sacrificate [c] sacrificium iustitiae et sperate
super dominum. 7 Multi dicunt quis ostendit nobis bonam? Exalta
super nos lumen uultus tui domine. 8 Dedisti iucunditate[m] [d] in corde
meo. A tempore frumenti et uini et olei sui multiplicat[i] [e] sunt. 9 In
pacem et in idipsum dormiam et requiescam quoniam tu domine sin-
gulariter in spe constituisti me.

[Psalmus V.]

2 Uerba mea auribus percipe domine intellege clamorem meum.
3 Intende uoci orationis meae rex meus et deus meus 4 quo-
niam ad te orabo. Domine mane exaudies [a] uocem meam 5 mane [b]
astabo tibi et uidebo. Quoniam non deus uolens iniquitatem tu es.
6 Neque enim inhabita[b]it [c] malignus iusta te. Neque permaneb[unt] [d]
iniusti ante oculos tuos. 7 Odisti omnes operantes iniquitatem. Perdens
eos qui locuntur mendacium. Uirum sanguinum et dolosum abo-
minabitur dominus. 8 Ego autem in multitudine [e] misericordiae tuae
introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in ti-
more tuo. 9 Domine deduc me in iustitiam tuam propter inimicos
meos. Prospera in conspectu tuo uiam meam. 10 Quoniam non est in
ore eorum ueritas cor eorum insidiosum. 11 Sepulchrum patens est
guttur eorum linguis suis flagitabant. Iudica illos deus decidant a
cogitationibus suis. In multitudinem fraudis expelle eos quoniam ama-

Ps. IV. — [a] Im. *sanctus* [b] *ad deum* [c] S.... *Sacrificate* post rasuram [d] *iucunditate* [e] sic m. corr. ex *multiplicate*.

Ps. V. — [a] *exaudiens* [b] *maneas* [c] *inhabitavit* [d] *permanebit* cum lineola abbreviationis super *bit* posita. [e] *multitudinem*

ricant [g] te domine. [12] Et letentur omnes qui sperant in te. In aeternum exultabunt et inhabitabis in eis. Et gaudebunt in te diligentes qui diligunt nomen tuum. [13] Quoniam tu benedicis iustum domine ut scuto acceptibili coronasti nos.

[Psalmus VI.]

[2] Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias
me. [3] Parce michi domine quoniam infirmus sum sana me do-
mine quoniam conturbata sunt ossa mea. [4] Et anima mea turbata
est nimis et tu domine usquequo? [5] Conuertere domine et eripe
animam meam saluum me fac propter misericordiam tuam. [6] Quo-
niam non est in morte [a] qui memoria sit tui in inferno autem quis
confitebitur tibi? [7] Defeci in gemitu meo lababo per singulas [b] noctes
lectum meum lacrimis stratum meum rigabo. [8] Tumebat ira oculus
meus inueteraui in omnibus inimicis meis. [9] Recedite a me omnes
operantes iniquitatem quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei
[10] exaudiuit dominus deprecationem meam dominus orationem meam
suscipiet. [11] Erubescant et conturbentur ualde omnes inimici mei
conuertantur et reuereantur celerius uelociter.

[Psalmus VII.]

[2] Domine deus meus in te speraui salua me ex omnibus persequen-
tibus me et libera me. [3] Ne quando rapiat sicut leo animam
meam lacerans dum non est qui eripiat neque qui saluum faciat. [4] Do-
mine deus meus si feci istud. Si est iniquitas [a] in manibus meis. [5] Si
reddidi retribuentibus mihi mala uel abstuli decidam merito a tribu-
lant[ibus] [b] me inanis. [6] Persequatur inimicus animam meam et conpre-
hendat et inculcabit in terram uitam meam et gloria mea [c] in puluere
deponetur. [7] Exurge domine in ira tua et exaltare in finibus inimico-
rum tuorum suscitans deus meus in precepto in iudicio quo[d] [d] man-
dasti [8] et congregatio populorum circuiet te et propterea in altitudi-
ne[m] [e] conuertere. [9] Dominus iudicat popul[o]s [f] iudica me domine

Ps. V. — [g] *amacaricant*
Ps. VI. — [a] *in mortem.* [b] ex *singules.*
Ps. VII. — [a] ex *iniquita*tibus [b] *a tribulantes* [c] *gloriam meam* [d] *quo* [e] *altitudine* [f] *populus.*

secundum iustitiam meam et secundum innocentiam meam super me.
10 Deficiat ut[i]que [g] malitia peccatorum et dirige iustum et probare
corda et renes deus iustum. 11 Opitulatio mea a domino qui saluos
faciet rectos corde. 12 Deus iudex iustus et fortis interminans in omni-
bus diebus. 13 Si non conuertimini framea[m] su[a]m [h] uibra[b]it [i] et pa-
rabit eum. (p. 218.) 14 Et in ipso parauit uasa mortis sagittas suas ardentes
operatae sunt. 15 Ecce parturiit iniustitiam concepit dolorem et peperit
iniquitatem. 16 Lacum fodit et uestit eum et incidit in foueam quam
operatus est. 17 Conuertetur dolor eius in caput ipsius et super uer-
ticem eius descendit. 18 Confitebor domino saecundum iustitiam meam
et psallam nomini domini altissimi.

[Psalmus VIII.]

2 Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in uni-
uersa terra quoniam ele[uata] [a] est magnificentia tua super caelos.
3 Ex ore infantium et lactantium perfecisti uirtutem propter inimicos
tuos ut destruas aduersarium et uindicationem. 4 Quoniam uidebo
caelos facturam digitorum tuorum lunam et stellas que tu fundasti.
5 Quid est homo quoniam meminis eum aut filius hominis [b] quoniam
uisitasti eum? 6 Et minorasti eum paulominus ab angelis gloria et
c[l]aritate [c] coronasti eum. Et constituisti eum in factura manuum tuarum
7 omnia subiecisti sub pedibus eius. 8 Oues et boues omnes ad[h]uc [d]
etiam pecora agri 9 uolatilia caeli et pisces maris transeuntia semitas
marium. 10 Domine dominus noster magnificum nomen tuum in uni-
uersam terram.

[Psalmus IX.]

2 Confitebor tibi domine in omni corde meo narrabo omnia mira-
bilia tua. 3 Exultabo et letabor in te psallam nomini tuo altissime.
4 In auertendo inimicum meum retrorsum offendent et perient a faciae
tua. 5 Quoniam fecisti iudicium meum et causam meam sedisti super
thronum iudicans iustitiam. 6 Increpasti gentibus et perdisti im-

Ps. VII. — [g] *ut aque* [h] *framea suum* [i] *vibravit.*
Ps. VIII. — [a] *eletitiata* [b] m. corr. ex *hominum* [c] *caritate* [d] *aduc.*

pius nomen eorum delisti in aeternum et adhuc. 7 Inimici defe-
cerunt framea in finem et ciuitates exterminasti perit nomen eorum
cum ipsis. 8 Et dominus in aeternum permanet parauit in iudicio thro-
num suum. 9 Et ipse iudicat orbem terrae in iustitia iudicat populos
in rectis. 10 Et erit dominus refugium pauperis adiutor in oportunita-
tibus in tribulatione. 11 Et sperent in te cognoscentes nomen tuum
quia non derelinques querentes te domine. 12 Psallite domino qui ha-
bitat in sion adnuntiate in gentibus custodia eius. 13 Quoniam requi-
rens sanguina eorum comme[mo]ratus[a] est neque oblitus est uoces
pauperum. 14 Miserere michi domine uide humilitatem meam ab odien-
tibus me qui exaltas me de portibus mortis. 15 Ut adnuntiem omnes
laudes tuas in portis filiae sion gaudebo in salutari tuo. 16 Adfixe sunt
gentes in corruptione quam fecerint in laqueo isto quod abscondе-
runt adprehensus e[s]t[b] pes eorum. 17 Cognoscetur dominus iudicium
faciens in operibus manum eius conprehensus est peccator. † 18 Con-
uertantur peccatores in inferno omnes gentes qui obliuiscuntur deum.
19 Quia non in finem obliuiscetur inopis patientia pauperum non pe-
riet in aeternum. 20 Exurge domine ne confortetur homo iudicentur
populi in conspectu tuo. 21 Constitue domine legislatorem super eos
scient gentes quoniam homines sunt. † 22 Ut quid domine destas longe
despues in oportunitatibus in tribulatione? 23 Dum extollitur impius in-
cenditur pauper conprehenduntur in consiliis quibus cogitant. 24 Quo-
niam laudatur peccator in concupiscentiis animae suae et nocens
benedicitur detrahit domino. 25 Peccator saecundum altitudinem ire
eius minime requiret. Sine deo omnes cogitationes eius. 26 Profanantur
uie eius in omni tempore excelsa iudicia tua in conspectu eius omnes
tribulantes eum dominatur in eis. 27 Dixit in corde suo minime com-
mobear a generatione in generatione quae non sunt sine malo sunt.
28 Maledictum os eius plenum est fraus et dolus sub lingua eius do-
lori et defectioni. 29 Habitat insidians cum diuitibus in absconso oc-
cidere innocentem. Oculi eius in copiis respiciunt. 30 Insidiatur in
absconso sicut leo in fouea sua insidians ut rapiat inopem rapere
egenum trahendo in muscipula sua. 31 Humiliet inclinat et cadet in
ossibus copiosis. 32 Dicens in corde suo oblitus est deus auertit faciem

Ps. IX. — [a] *commeratus* [b] *et* = est [c] v. 22 parvum spatium vacuum probabiliter pro divisione psalmi X iuxta hebraeos.

suam minime uidere in finem. 33 Exurge domine ne exilient manus
tuas ne obliuisceris pauperem. 34 Ad quid incitat impius deum dicen-
tes in corde eorum non requiret. 35 Uideant quoniam tu dolorem et
laborem cernis. Tradentur manibus tuis super te relinquetur [l] abundan-
tia pupillo tu factus es adiutor. 36 Contere brachium impii. Et malitia
requirens inpietatem suam minime inueniet. 37 Domini imperium sem-
piternum et in saeculum saeculi perierunt gentes de terra eius.
38 Desiderium mitium exaudiuit dominus paratum cor eorum exquirere
aures tuas. 39 Iudicantes orfanum et fatigatum ne quando adiciat
adhuc se extollere homo super terram.

Psalmus X.]

In domino confido quomodo dicitis animae meae [a] transmigra super
montes sicut passer? 2 Quoniam ecce peccatores tetenderunt para-
uerunt sagittas suas in faretra iaculare in tenebroso lune rectos
corde. 3 Quoniam nouitates [b] dissipabuntur iustitia [c] aliquid operatur.
4 Dominus in templo sancto suo dominus in caelis thronus eius.
Oculi eius censura palphebre eius probant filios hominum. 5 Domi-
nus iustitiam pro[bat] [d] et impietatem et amorem iniquitatis odit anima
eius. 6 Pluet super peccatores muscipulas ignis et sulfur et spiritus pro-
cellarum. Pars calicis eorum 7 quoniam iustus dominus et iustitias di-
lexit equitatem uidit uultus eius.

[Psalmus XI.]

2 Salua domine quoniam defecit sanctus quoniam minoratae sunt
ueritates a filiis hominum. 3 Uanitatem locuti sunt unusquisque
ad proximo suo. Labia dolosa in corde et corde locuti sunt. 4 Ex-
terminauit dominus omnia labia dolosa linguam maliloquam [a] eorum.
5 Qui dicunt linguam nostram magnificemus [b] labia nostra aput nos
sunt quis dominatur nostri? 6 Propter miserias et gemitum paupe-
rum nunc exurgam dicit dominus ponam in salutari fiduciam eius.
7 Eloquia domini eloquia casta argentum ignitum probatum terrae pur-

Ps. IX. — [l] *terrelinquetur.*
Ps. X. — [a] vox *meae* videtur deleta manu poster. [b] *novit at es* *iustitiam* [d] *prohabet.*
Ps. XI. — [a] coaeva manus corr. *magniloquam* superposita *gn.* [b] rom. *ex magnificemur.*

gatum septies tantum. 8 Tu domine seruabis nos et custodies nos a
generatione hac in eternum. 9 In circuitu impii deambulant saecun-
dum summitatem tuam relaxasti filiis hominum.

[Psalmus XII.]

2 Usquequo domine obliuisceris me in finem usquequo auertis fa-
ciem tuam a me? 3 Quousque ponam cogitationes in anima mea
angorem in corde meo interdiu quousque exaltabitur inimicus meus
super me? 4 Respice exaudi me domine deus meus inlumina oculos
meos nequando abdormiam in mortem. 5 Nequando[a] inimicus meus
superaui eum. Tribulantes me exultentur cum ego nutabo. 6 Ego vero
sum in misericordia tua speraui exultetur cor meum in salutari tuo
cantabo ipsi domino quoniam liberauit eum.

[Psalmus XIII.]

1 Dixit stultus in corde suo non est deus corrupti et abominati sunt
in conuersationibus uanis faciens bonum. 2 Dominus a caelo re-
spexit super filios hominum ut uideret si est intellegens[a] requirens
cum domino. 3 Omnes declinauerunt inutiles facti sunt non est faciens
bonum non est usque ad unum. 4 Nonne cognoscent omnes operantes
iniquitatem edentes populum meum in cibo panis dominum non in-
uocauerunt. 5 Timore timuerunt quoniam deus in generatione iusta.
6 Consilium pauperis inritauerunt set dominus spes eius. 7 Quis dabit
ex sion salutare israel? in conuertendo dominum conuersione[m] po-
puli eius. Exultetur iacob et iocundetur israel.

[Psalmus XIV.]

1 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis commanebit in
monte sancto tuo? 2 Ambulans inmaculatus et operans iustitiam.
Et loquens ueritatem in corde suo. 3 Non fraudauit in lingua eius
neque fecit proximo suo malum et inproperium non accepit super
proximos suos. 4 Abominatus est in conspectu eius maliuolus et omnes

Ps. XII. — [a] om. *dicat.*
Ps. XIII. — [a] om. *aut.*

timentes dominum clarificat. Qui iurat proximos suos et non fallit.
5 Pecunia[m] sua[m][a] non dedit in usuris et munera super innocentes
minime recepit qui facit haec non commouebitur in eternum.

[Psalmus XV.]

Custodi me domine quoniam speraui in te. 2 Dixi domino dominus
meus es tu bona mea anima [non][a] sine te. 3 Sanctis qui sunt in
terra ipsius mirificauit omnes uoluntates in eis. 4 Multae factae sunt
infirmitates eorum postmodum festinarunt. Non colligam libamina eo-
rum a sanguine neque accipiam ipsa nomina eorum per labia mea.
5 Dominus portio hereditatis meae et calicis mei[b] tu restitues heredi-
tatem michi. 6 Resticulae ceciderunt michi in egregiis etenim hereditas
mea meliorata est super me. 7 Benedicam ipsum dominum consilia-
torem meum etenim nocte corripuerunt me renes mei. 8 Prospiciebam
dominum in conspectu meo adsidue quoniam a dextera mea minime
errabo. 9 Propterea iucundatus sum corde et exultauit gloria mea
nam et caro mea habitet confidenter. 10 Quoniam non derelinques a-
nimam meam in inferno neque dabis sanctum tuum uidere interitum.
11 Notas mi fecisti uias uitae satiabis me iucunditatem una cum uultu
tuo elaegantia in dextera tua semper.

[Psalmus XVI.]

1 Domine iuste intende in uerbo labiorum tuorum ego conseruatus
sum uias preuaricatoris. 5 Corripe me gressos meos in uiis tuis
sine errore pedes meos. 6 Ego exclamaui quoniam exaudies[a] deus
inclina aurem tuam michi exaudi sermones meos. 7 Mirifica miseri-
cordiam tuam salutem sperantium a resistentibus dexterae tuae. 8 Cu-
stodi me ut pupilla oculi sub umbra tegumento alarum tuarum pro-
teges me 9 a facie impiorum qui (p. 219.) fatigarunt me inimici mei
in animam curuauerunt contra me. 10 Adipem suum concluserunt
ori eorum locuti sunt superbia. 11 Eicientes statim circumuene-
runt me oculos suos posuerunt declinare in terram. 12 Similati sunt

Ps. XIV. — [a] *pecunia sua.*
Ps. XV — [a] *a* om. *non* [b] *meis.*
Ps. XVI. — [a] *exaudiens* [b] *ut pupilla.*

ut leones parati uenationi sicut catulus habitans in absconsis. [13] Ex-
urge domine praeueni faciem eius curua eos liberans animam meam
ab impiis frameam tuam. [14] Ab inimicis dexterae tuae ab inimicis
terrae portio eorum in uita et occultis tuis implebis uentrem eorum
saporati sunt filii et filiae reliquerunt residua paruulis suis. [15] Ego
autem per iustitia[m] [a] uisitabor uultui tuo satiabor per uisionem si-
militudinis tuae.

†

[Psalmus XVII. *]

[3] Diligam te domine u [a] fortitudo mea [b] dominus firmamentum meum
et refugium meum et liberator meus potens auxiliator meus spe-
rabo in eum protector meus et cornum salutis meae et susceptor
meus. [4] Laudabilis inuocabo dominum et ab inimicis meis saluabor
[5] circumuenerunt me parturitiones mort[i]s [c] et torrentes iniquitat[i]s [d]
conturbauerunt me. [6] Resticule inferorum circumuenerunt me preue-
nerunt me laquei mortis. [7] In tribulatione mea inuocaui dominum et
ad deum meum exclamaui exaudiuit a tem[plo] [e] suo uocis meae et
clamor meus in conspectu eius introeat in auribus eius. [8] Et mota est et
contremuit ipsa terra. Et fundamenta montium conturbata sunt et com-
mota sunt quia iratus est in eis ipse. [9] Ascendit fumus in furore eius
et ignis a faciae eius arsit carbones accense sunt ab eo. [10] Et incli-
nauit caelos et descendit et nimbus sub pedibus eius. [11] Et siluit super
cherub et uolauit et ascendit super alas uentorum. [12] Et posuit te-
nebras absconsionem suam in circuitu eius tabernaculum suum et te-
nebrosa [f] aqua in nubibus aeris. [13] Ab splendore eius in conspectu eius
uelocitates eius transierunt grandini et carbones ignis. [14] Et tonuit de
caelo dominus et altissimus dedit uocem suam grandinem et carbo-
nes ignis. [15] Et aemisit sagittas suas et disparsit eas et coruscationum
multitudo consummauit illas. [16] Et uise sunt meatus nudum aquarum
et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum ab increpatione tua do-
mine de adflatu spiritus animosi. [17] Demisit ab altitudine et accepit
me eruat me ex aquarum multitudine. [18] Liberauit me ab inimicis po-
tentibus et ab odientibus me quia confortati sunt ultra me. [19] An-

Ps. XVI. — [a] *per iustitia.*

Ps. XVII. — * Intercedit lacuna duarum linearum. [a] u (*sic*) = virtus (?) [b] *meai* [c] *mortes* [d] *iniquitates* [e] *atem* [f] ex *tenebrasa* I. m. corr.

teuenerunt me in die diluuii mei et factus est dominus firmamentum
meum. 20 Et produxit me in latitudine liberabit me sponte. 21 Et
retribuet michi dominus secundum iustitiam meam et secundum pu-
ritatem manum mearum reddet michi. 22 Quoniam custodiui uias do-
mini neque impie gessi a deo meo. 23 Quia omnia iudicia eius in con-
spectu meo et precepta eius non deficiant ex me. 24 Et ego ero per-
fectus cum ipso et obseruabor a delictis meis. 25 Et retribuet dominus
michi secundum iustitiam meam et iuxta puritatem manum mearum
in conspectu oculorum eius. 26 Cum sancto sanctus eris et cum uiro
immaculato sine macula eris 27 et cum peruerso electo electus eris et
cum peruerso subuertes. 28 Quoniam tu populum egenum saluum facis
et oculos superbos humiliabis. 29 Quia tu inluminas lucernam meam
domine deus meus inluminabis tenebras meas. 30 Quia in te percurram
temptationem et in deo meo transgrediar murum. 31 Ecce di *(sic)*
immaculatae[g] uiae eloquia domini ignita protector et omnium spe-
rantium in eum. 32 Quia nemo extra dominum et quis fortis sine deo
nostro? 33 Deus ipse circumcinxit me uirtutem et posuit sine macula
uiam meam. 34 Dirigens pedes meos sicut ceruos et super altitudines
meas constituens me. 35 Docens manus meas ad prelium et parauit
arcum ereum brachiis meis. 36 et dedit michi protectionem salutis sue
et dextera tua suscepit me et lenitas tua dilatauit michi. 37 Dilatando
gressus[h] meos subter me et neque defecerunt cadauera mea. 38 Per-
sequar inimicos meos et conprehendam et non auertam eos donec
finientur. 39 Percutiam eos et non poterunt stare cadent sub pedibus
meis. 40 Et cinxisti me uirtutem in prelio subiecisti resurgentes michi
sub me. 41 Et inimicorum meorum dedisti michi ceruicem et odientes
me exterminasti. 42 Inuocauerunt et non fuit qui saluet ad dominum
et non exaudiuit eos. 43 Minutabo eos ut puluerem contra faciem uen-
tus ut lutum platearum deleam eos. 44 Liberabis me a contradictione
populi constitues me in capite gentium populus quem non sciui ser-
uiuit michi. 45 In auditu aurium obaudiuit me filii peregrini mentien-
tur michi. 46 Filii alieni deficiunt et uacillabunt in semitibus suis 47 uiuit
dominus et benedictus potentissimus et exaltetur deus salutaris meus.
48 Omnipotens qui dat representationes michi et subiciens populos
sub me. 49 Qui liberat me ab inimicis meis et a resurgentibus michi

Ps. XVII. — g I. m. ex *immaculatum*. h ex *gressos*.

exaltans me a uiro iniquo liberans me. 50 Propterea confitebor tibi in gentibus domine et nomini tuo psallam. 51 Magnificans salutaria regis eius. et faciens misericordiam christo suo ipsi dauid et semini eius usque in eternum.

[Psalmus XVIII.]

2 Celi enarrant gloriam altissimi et facturam manum eius adnuntiant solidamentum. 3 Dies diei ebullit uerbum et nox nocti respondeat notitiam. 4 Non sunt loquellae neque uerba sine auditu uocis eorum. 5 Per omnem terram exiuit sonus eorum et in fine [o]rbis [a] terrarum sermones eorum [b] 6 soli ipsi posuit tabernaculum in eis. Et ipse sicut sponsus egrediens a thalamo suo exultans ut gigas in cursu uiae. 7 A summo caelo egressio eius et conspectus eius usque in fine eorum et non est absconsio a calore eius. 8 Lex domini perfecta sine macula conuertens animam testimonium domini fidele erudiens paruulos. 9 Iustificationes domini recte iucundantes cor mandata domini lucida inluminans oculos. 10 Timor domini spiritus permanens in aeternum. Iudicia eius domini uera iustificata in idipsum. 11 Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum et suauiora super mel et fauum. 12 Nam etiam seruus tuus custoditur in eis in custodiendo ea retributio multa. 13 Ignorationes quis intellexit? de absconsis meis purga me. 14 Nam et de superuis parce famulum tuum neque possidebunt me nunc perfectus ero et purgabor a peccato ingenti. 15 Et erunt beneplacita eloquia oris mei. Et meditatio cordis me[i] [c] coram te. Domine auxiliator et liberator.

[Psalmus XIX.]

2 Exaudiet te dominus in die tribulationis protegat te nomen dei iacob. 3 Emittet [tibi] auxilium de sancto et a sion suscipiet te. 4 Memoretur toti sacrificii tui et holocausta tua pinguescant. † 5 Det tibi secundum cor tuum et omnem desiderium tuum compleat. 6 Laudabimur in salutari tuo et in nomine dei nostri magnificabimur

Ps. XVIII. — [a] *urbis* [b] repetit *et in fine urbis terrarum sermones eorum* [c] *meam.*

7 compleat dominus omnes petitiones tuas. Nunc cognoui quoniam
saluauit dominus christum suum et exaudiet eum de caelo sancto suo
in uirtutibus salutis dexterae eius. 8 Isti in curribus et isti [a] in equis
nos autem in nomine domini dei nostri commoneamus. 9 Isti ipsi cur-
uati sunt et ceciderunt nos autem resurgimus et sustentamur. 10 Do-
mine saluum fac regem exaudi in die inuocationis nostre.

[Psalmus XX.]

Domine in uirtute tua iucundabitur rex et in salute tua quod exul-
tabitur nimis. 3 Concupiscentiam cordis eius dedisti ei et spon-
tanea [a] labiorum eius minime prohiberas. † 4 Quoniam preuenisti eum in
benedictionibus sanctitatis posuisti super caput eius coronam auream.
5 Uitam petiuit a te dedisti ei longitudinem dierum in saecula et in
saecula. 6 Magna gloria eius in salutari tuo claritatem et decorem
impones super eum. 7 Quoniam constitues eum benedictum in secula
letabis eum cum gaudio cum uultu tuo. 8 Quia ipse rex confidit in
domino et in misericordia altissimi non comerrabit [b]. 9 Inueniatur ma-
nus tua omnibus inimicis tuis dextera tua inueniat omnes odientes
te. 10 Pones eos sicut clibanum ignis in tempore uultus tui dominus
in ira sua conturbet eos et consumet eos igni [c]. 11 Fructum eorum de
terra disperdes et semen eorum a filiis hominum. 12 Quoniam incli-
nauerunt contra te malitia[m] [d] cogitauerunt consilia quae non perficient.
13 Quoniam pon[e]s [e] eos dorsum in residuis tuis conroborabis et uul-
tum eius. 14 Exaltare domine in uirtute tua cantabimus et psall[e]mus [f]
potentias tuas.

[Psalmus XXI.]

2 Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me? longe a salute mea
uerba delictorum meorum. 3 Deus meus clamaui in die et non exau-
dies et nocte et non in silentio michi. 4 Tu uero sancte inhabitans laus
israel. 5 Super te sperauerunt patres nostri [a] sperauerunt et liberasti

Ps. XIX. — [a] *istis*.

Ps. XX. — [a] ex *spontenea* I. m. corr. [b] *com errabit* [c] I. m. corr. ex *ignis* [d] *malitia* [e] *ponas* [f] *psallimus*.

Ps. XXI. [a] *nostris*

eos. 6 Daeitatem tuam inuocantes salui facti sunt in te sperauerunt
et non confusi sunt. 7 Ego autem uermis et non homo inproperium
hominum et nullificamen populi. 8 Omnes aspicientes me subsannaue-
runt me locuti sunt labiis suis mouerunt caput. 9 Sperauit super do-
minum liberet eum saluet eum quoniam uoluntas in eo. 10 Quoniam
tu extraxisti me ab utero spes mea super mammas matris meae.
11 Super te proiectus sum a uulua ex utero matris meae deus meus
es tu. 12 Ne longinquas a me cum iudicium prope est quia non est
adiutor. 13 Circumdederunt me uituli plures tauri pingues circumue-
nerunt me. 14 Aperuerunt contra me os suum ut leones rapientes et
frendentes. 15 Ut maris [b] effusus sum et disparsa [c] sunt omnia ossa mea
factum est cor meum sicut cera liquescens in medio uentris mei.
16 Aruit sicut (p. 220) testa fortitudo mea et lingua mea adhesit gut-
turi meo et in puluere mortis consistas michi. 17 Quoniam circum-
uenerunt [d] me canes coagulatio malignantium tenuerunt me. 18 Effo-
derunt manus meas et pedes meos enarrauerunt omnia ossa mea et
ipsi inspexerunt uiderunt in me. 19 Partiti sunt uestimenta mea sibi
et super amictum meum miserunt sortem. 20 Et nunc domine ne lon-
ginquas adiutorio meo et in auxilio meo festina. 21 Eripe a framea
animam meam et de manu canis unicam meam. 22 Salua me ex ore
leonis et a cornibus unicornuorum humilitatem meam. 23 [Enarrabo] [e]
nomen tuum fratribus meis in medio aecclesiae laudabo te. 24 Timen-
tes dominum laudate eum totum semen iacob maglorificate *(sic)* [f]
eum 25 timeant eum omne semen israel. Quia non spernet neque fa-
stidiauit precem pauperis. Neque auertit faciem suam ab eo et dum
clamaret ad eum exaudiuit. 26 A te laus mea in ecclesia magna uota
mea reddam in conspectu timentium eum. 27 Edent pauperes et sa-
turabuntur et laudabunt dominum requirentes te uiuet cor eorum
in eternum. 28 Memorabor et conuertantur super dominum omnes ter-
mini terrae et adorabunt uultum eius omnes tribus gentium. 29 Quo-
niam ipsius domini imperium et potestas in gentibus. 30 Manducaue-
runt et adorauerunt omnes pingues terrae in conspectu eius flectentur
omnes discendentes in terra et anima mea ipso uiuet. 31 Semen meum
seruiet illi 32 adnuntiabitur domino generatio uentura et renuntientur
iustification[e]s [g] tue populo uenturo quoniam factum est.

Ps. XXI. — [b] I. m corr. ex *murus* [c] *disperarsa* [d] I. m. delevit *dederunt.* [e] *Salva me ex* expuncta ob omoioteleuton [f] sic I. m. ex *magnificate* [g] ead. m. corr. *iustificationis.*

[Psalmus XXII.]

1 Dominus reget me et nil mi desit. 2 In loco pauuli ibi me constituit
super aquas refrigerii sustentauit me. 3 Animam meam conuertit
direxit me in regionibus iustitiae propter nomen suum. 4 Nam et si
ambulem in medio umbrae mortis non timebo mala quoniam tu me-
cum es uirga tua et baculum tuum ipsa me consolata sunt. 5 Pre-
parasti in conspectu meo mensam coram tribulantium me. Pinguasti
in oleo caput meum et calicem meum inaebriantem. 6 Ut egregium
et misericordia tua persequitur me omnibus diebus uitae meae et
habitatio mea in domum domini in longitudine dierum.

[Psalmus XXIII.]

1 Ipsius domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et omnes in-
habitantes in ea. 2 Quoniam ipse super maria fundauit ea[m] et super
flumina parauit ea[m] [a]. 3 Quis ascendit in montem domini et quis stabit
in locum sanctimonii eius? 4 Innocens manibus et purus corde qui
non accepit in uano animam suam et non iurauit. 5 Accipiat be-
nedictionem ab ipso domino et iustificetur a deo salutari su[o] [b].
6 Hec generatio requirens uultum dei iacob. 7 Tollite portas princi-
pes uestri extollimini porte sempiternae et ingredietur rex glorie.
8 Quis est iste rex glorie? dominus potens et fortis dominus poten-
tissimus in prelio. 9 Tollite portas principes uestri et tollimini porte
eternales et ingrediatur rex claritatis. 10 Dominus sabbaoth ipse
est rex gloriae.

[Psalmus XXIV.]

1 Ad te domine animam meam leuabo. 2 Deus meus in te confido
non [con]fundar [a] 3 neque inrideant me inimici mei. Etenim omnes
expectantes te non confundentur confundantur facinerosi [b] uelociter.
4 Uias tuas domine nota[s] [c] michi fac et semitas [tuas] doce me. 5 De-

Ps. XXIII. — [a] *fundavit ea... ea* [b] *salutaris suae.*
Ps. XXIV. — [a] *fundar* [b] *facinero sivelociter* [c] *nota*

duc me in ueritate tua et doce me quoniam deus es saluator meus
te sustenui omnem diem. [6] Memor esto miserationum tuarum do-
mine et misericordiarum tuarum quoniam a seculo sunt. [7] Delicta
iuuentutis meae et paruitatis me[e] [d] ne memineris secundum miseri-
cordiam memor esto mei tu propter bonitatem tuam domine. [8] Bonus
et rectus dominus ideo illuminauit delinquentes in uiis. [9] Diriget man-
suetos in iudicio et doceat mites uias suas. [10] Omnes uiae domini mi-
sericordia et ueritas custodientibus testamentum eius. [11] Propter no-
men tuum domine et sanabis iniquitatem meam quoniam magna est.
[12] Q̃uis est homo timens dominum legem ferat illi in uia quam uoluit.
[13] Anima eius in bonis commorabitur et semen eius hereditauit ter-
ram. [14] Arcanum domini timentibus eum et testamentum eius nuntiare
illis. [15] Oculi eius semper ad dominum quoniam ipse producit a laqueo
pedes meos. [16] Respice super me et miserere mei quia unicus et
pauper ego sum. [17] Tribulationes cordis mei [e] dilatate sunt a necessi-
tatibus meis eripe me. [18] Uide humilitatem meam et laborem meum
et demitte omnia peccata mea. [19] Uide inimicos meos quoniam mul-
tiplicati sunt et odium iniquum oderunt me. [20] Custodi animam meam
et libera me non confundar quoniam spero in te. [21] Sine malitia et
simplices adherebunt mi quoniam sustenui te. [22] Libera domine ipsum
israel ab omnibus tribulantibus eum.

[Psalmus XXV.]

[1] Iudica me domine quoniam ego sine malitia ambulaui et in domino
sperans minime infirmabor. [2] Proba me domine et tempta me
igni crema renes meos et cor meum. [3] Quoniam misericordia tua in
conspectu oculorum meorum et beneplacuit in ueritate tua. [4] Non
sedi cum hominibus uanitatis et cum facinerosis non ingrediar. [5] Odiui
concilium malignantium et cum impiis non sedebo. [6] Lauabo in in-
nocentibus manus meas et circumdabo ipsut altare tuo domine. [7] Ut
exaudiam uocem laudis et enarrabo omnia mirabilia tua. [8] Domine
dilexi splendorem domus tuae et locum tabernaculi gloriae tuae. [9] Ne
perdideris cum impiis animam meam et cum uiris sanguinum uitam

Ps. XXIV. — [d] vox *mei* deleta [e] *mëis*.

meam. 10 Quorum in manibus iniquitas dextera[a] eorum repleta est mu-
nera. 11 Ego autem in simplicitate ambulaui libera me et mise-
rere mei 12 pes meus stetit in equitate in ecclesiis benedicam dominum.

[Psalmus XXVI.]

1 Dominus salus mea et inluminatio mea et salutaris meus quem
timebo protector es uitae meae a quo metuam? 2 In cum
proximant super me malignantes ad edendum carnes meas tribulantes
me et dimicantes michi ipsi infirmati sunt et ceciderunt. 3 Si enim
collocauerit contra me castra non timebit cor meum. Si enim resur-
gat super me prelium in ips[o][a] ego sperabo. 4 Unam petii ab ipso
domino ipsam requiram inhabitare in domum domini omnibus diebus
uitae meae. Ut uiderem iucunditatem domini et uisitare templum
eius. 5 Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die maligna oc-
cultauit me in absconso tabernaculi sui 6 super petram exaltauit me.
Et nunc exaltetur caput meum super inimicos meos circuiui et sacri-
ficaui in tabernaculo sacrificium iubilationis cantabo et psallam do-
mino. 7 Exaudi domine uocem meam quam clamaui miserere mei et
exaudi me. 8 Tibi dixit cor meum quaesiui uultum tuum et uultum
tuum domine requiram. 9 Ne auertas faciem tuam a me ne declines
in ira a seruo tuo adiutor meus es tu ne derelinquas me. Neque de-
spicias me deus salutaris meus. 10 Quia pater meus et mater mea de-
relinquerunt me et dominus suscepit me. 11 Reuela michi domine uiam
tuam et dirige me in uia tua recta propter inimicos meos. 12 Ne de-
deris me in animas tribulantium me. Quoniam surrexerunt mihi testes
iniqui et mentita est iniquitas. 13 Nec tamen credidi uidere bona do-
mini in terra uiuentium. 14 Sustine ipsum dominum uiriliter age et
confortetur cor tuum et sustine ipsum dominum.

[Psalmus XXVII.]

1 Ad te domine exclamaui deus meus ne conticueris a me nequando
conticeas a me et similabor his qui descendunt in lacum. 2 Ex-
audi uocem deprecationis meae in prece mea ad te. Cum leuauero

Ps. XXV. — [a] ead. m. corr. ex *dextere*.
Ps. XXVI. — [a] *in ipsa*.

manus meas ad templum sanctum tuum. 3 Ne computauis me [a] cum
impiis et cum operantibus iniquitatem loquentibus pacem cum proxi-
mis suis nequitiam autem in cordibus suis. 4 Da illis secundum pacta
eorum et secundum malitiam. [c]onuersationis [b] eorum secundum facta
eorum manum dabis illis redde retributiones [c] eorum ipsis. 5 Quoniam
non intellexerunt in operibus tuis domine et in factura manum
tuarum destruas eos et non edificentur. 6 Benedictus dominus quo-
niam exaudiuit uocis deprecationis mee. 7 Dominus auxiliator meus
et protector meus in eum sperauit cor meum et adiuuatus sum et
refloruit cor meum et per canticum meum confitebor. 8 Dominus re-
gimonium fortitudo nostram [d] salutis nostrae christus eius ipse est.
9 Salua populum tuum et benedic hereditatem tuam et rege eos et
leuabis eos usque [e] in aeternum.

[Psalmus XXVIII.]

1 Afferte domino filii dei arietum 2 afferte domino gloriam et uir-
tutem. Afferte domino claritatem nomini eius adorantes dominum
in decore sanctorum. 3 Uox domini super aquas fortissimus in gloria
tonuit dominus in aquis multis. 4 Uox domini in uirtute uox domini
in pulchritudine. 5 Uox domini conterens cedros et conteret dominus
caedros libani. 6 Et confringet tamquam uitulum libanum et dilectos
sicut filios unicornuorum. 7 Uox domini concidentis ignem. 8 Uox
domini commouens desertum concitet dominus desertum cadensem.
9 Uox domini preparans ceruos et reuelauit densitates. Et populus
eius omnis dicet gloriam. 10 Dominus diluuium inhabitare facit et se-
debit dominus rex in aeternum. 11 Dominus uirtutem populo suo
dabit dominus benedicet populum suum in pacem.

[Psalmus XXIX.]

2 Exaltabo te domine quoniam suscepisti [me] neque delectasti ini-
micos meos super me. 3 Domine deus meus clamaui ad te et
sanasti me. 4 Domine extraxisti ab inferis animam meam saluasti me

Ps. XXVII. — [a] ex *mich* [b] *Conversationis* [c] *reddere tribulationes* [d] forte legendum *regimonium nostrum fortitudo salutis* [e] vox *usque* deleta.

a descindentibus in lacum. 5 Psallite domino iusti eius et confitemini
memorie sanctitatis eius. 6 Quoniam ira in furore eius et uita in uo-
luntate eius uespere commorauit fletus et in matutino exultatio.
7 Ego autem dixi in abundantia mea minime mouebor in seculo.
8 Domine in uoluntate tua prestitisti decori meo uirtutem auertisti
uultum tuum et factus sum conturbatus. 9 Ad te domine clamabo et
ad deum minantem deprecabor. 10 Que profectio sanguinis mei si
descindo in corruptelam? puluis aut renuntiet (p. 221.) ueritatem tuam.
11 Exaudiuit dominus et misertus est me dominus factus est adiutor mi-
chi. 12 Conuertisti luctum meum in gaudium michi disrupisti saccum
meum et circumcincisti me iucunditatem. 13 Ut iam psallat tibi claritas
mea et non conpungar domine deus meus in secula confitebor tibi.

[Psalmus XXX.]

2 In te domine speraui non confundar in saeculum per iustitiam tuam
libera me. 3 Inclina ad me aurem tuam cito eripe me et eris michi
in auxilio protectionis in domum refugii ut salu[e]s [a] me. 4 Quoniam fir-
mamentum meum et refugium meum es tu propter nomen tuum di-
riges me et enutries me. 5 Extrahens a laqueo ipso quod absconde-
runt michi quoniam tu es protectio mea. 6 In manus tuas commendo
spiritum meum liberasti me domine fortis uerus. 7 Odisti custodientes
uanitatem et mendacia ego uero in domino sperabo. 8 Exultabo et
letabor super misericordiam tuam quia respexisti super paupertate
mea cognouisti tribulationes animae meae. 9 Et non inclusisti me
in manus inimici constituisti in spatioso pedes meos. 10 Miserere mei
domine quoniam tribulor turbatus est in furore oculus meus anima
mea [b] et uenter meus. 11 Quoniam defecit in dolore anima mea et
anni mei in gemitibus infirmi sunt in egestate fortitudo me[a] [c] et ossa
mea conturbata sunt. 12 Preter omnes tribulantes me factus sum in-
properium et uicinis meis ualde et timor notis meis uidentes me foris
fugiebant a me. 13 Oblitus sum ut mortuus a corde factus sum tam-
quam uas perditum. 14 Quoniam audiui inproperium multorum inco-
lantium in circuitu congregare se simul super me [acci]pere [d] animam
meam concitauerunt. 15 Ego autem in te speraui domine dixi deus

Ps. XXX. — [a] *salvis* [b] *animae meae* [c] *meo* [d] *paupere*

meus es tu. 16 In manus tuas sortes meae eripe me de manu inimicorum
et a persequentibus me. 17 Illuminanter ostende uultum tuum super
famulum tuum salua me secundum misericordiam tuam. 18 Domine non
confundar quoniam inuocaui te confundantur impii et tollantur inferis.
19 Muta fiant labia iniusta quae locuntur contra iustum uanitatem et
superuiam in prauitatem et superuiam. 20 Qua[m] [e] multitudo bonorum
quam abscondisti timentibus te. Confecisti sperantibus super te coram
filiis hominum. 21 Abscondes eos in occulto uultus tui a turba homi-
num coperies eos in tabernaculo a contradictione linguarum. 22 Be-
nedictus dominus quoniam mir[i]ficauit [f] sanctum suum mihi in ciuitate
circumclusionis. 23 Ego autem dixi in pauore proiectus a faciae ocu-
lorum tuorum. Propterea exaudisti uocem deprecationis meae cum
exclamarem ad te. 24 Diligite dominum omnes iusti eius ueritates
custodit dominus et retribuet illis qui abundanter faciunt superbiam.
25 Uiriliter agite et confortetur cor uestrum omnes sperantes in
domino.

[Psalmus XXXI.]

1 Beati quorum remissa sunt delicta et quorum coperta sunt peccata.
2 Beatus uir cui non imputet dominus iniquitatem et non est in
spiritu eius dolor 3 quoniam tacui inueterauerunt ossibus meis a cla-
m[o]re [a] meo tota die. 4 Quoniam die ac nocte grauata est super me
manus tua conuersasti in miseria in punctione spinarum. † 5 Peccatum
meum intimaui et iniquitatem meam non abscondidi. Dixi proferre
contra me iniquitatem meam domino et nunc dimisisti iniquitatem
peccati mei. † 6 Pro ipsa orauit omnis iustus ad te in tempore oportuno
tamen in d[i]lubio [b] aquarum multarum ad eum non accedant. 7 Et tu
es refugium meum a tribulatione custodies me exultatio mea libera me
a circumdatione. † 8 Eru[di]am [c] te et instituam in uiam istam qua pro
faci[a]s [d] stabilibo super te oculos meos. 9 Ne fiat sicut equs et mulus
quibus non est intellectus. In camo et freno maxillas eorum domare
qui non acc[e]dentes [e] ad te. 10 Multa est uerb[er]a [f] peccatoris spe-
rantem uero in dominum misericordia muniat. 11 Gaudite in domino [g]
et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde.

Ps. XXX. — [e] *Qua* [f] *miraficavit.*

Ps. XXXI. — [a] I. m. corr. ex *clamare* [b] *dulubio* [c] *eruam* [d] I. m. ita corr. ex *pro-facies* fortasse pro, *proficias* [e] *accidentes* [f] *verba* [g] ead. m. corr. ex *in dominum.*

[Psalmus XXXII.]

1 Exultate iusti in domino rectis corde decet ymnus. 2 Confitemini
domino in cithara in psalterio decacordo psallite illi. 3 Cantate
ei canticum nouum bene psallite in iuuilato. 4 Quoniam rectus sermo
domini et omnia opera eius fidelia. 5 Diligit iustitiam et iudicium
misericordiae domini plena est terra. 6 In uerbo domini caeli formati
sunt et in spiritu oris eius omnis uirtus eorum. 7 Congregans ut ag-
gerem aquas maris ponens in thensauris [a] abyssos. 8 Timeat dominum
omnis terra ex ipso moueantur omnes habitantes orbem terrarum.
9 Quoniam ipse dixit et facta sunt ipse mandauit et constituta sunt.
10 Dominus discernit consilia gentium separans cogitationes populo-
rum. 11 Uoluntas domini in aeternum fundata est cogitationes cordis
eius in generatione et generatione. 12 Beatus populus cuius est do-
minus deus eius populum quem elegit sibi in hereditate sua. 13 De
caelo inspexit dominus ut uideret omnes filios hominum. 14 E prepa-
rato throno suo aspexit super omnes sedentes in terra. 15 Qui finxit
singillatim corda eorum qui inuestigat super omnes operas eorum.
16 Non est rex saluatus in multitudine uirtutis suae. 17 Mendosus equus
saluandis in magnitudine uirtutis eius non proficiat. 18 Ecce oculi do-
mini super timentes eum expectantes misericordiam eius. 19 Ut libe-
rentur a morte animam suam et enutrire eos in fame. 20 Anima nostra
speret in dominum adiutor noster est. 21 Quoniam in ipso exultabunt
corda nostra quoniam in nomine sancto eius sperauimus. 22 Fieri mi-
sericordiam tuam domine super nos sicuti confidimus in te.

[Psalmus XXXIII.]

2 Benedicam nunc dominum in omni tempore adsiduae laus eius in
ore meo. 3 In domino laudabitur anima mea audiant mites et
gaudebunt. 4 Magnificate dominum mecum et exaltate nomen eius in
se. 5 Requisiui admodum dominum et exaudiuit me et ex omni tribu-
latione liberauit me. 6 Accidite ad eum et inluminamini et facies uestrae
minime confundentur. 7 [H]ic [a] pauper clamauit et dominus exaudiens ab

Ps. XXXII. — [a] *in thens et auris*. I. m. del. *et*.
Ps. XXXIII. — *Sic*.

omnibus angustiis eius saluauit eum. 8 Locabit angelus domini in cir-
cuitu timentium eum et liberet eos. 9 Gustate et uidete quoniam bonus
dominus beatus ille uir qui sperat in eum. 10 Timete dominum omnes
sancti eius quoniam non est inopia timentibus eum. 11 Catuli eguerunt
et esurierunt et querentes dominum non egebunt ab omni bono.
12 Uenite fili audite me nunc metum domini doceam uos. 13 Qualis
ille uir qui uult uitam diligens dies uidere bonas? 14 Quiescens linguam
tuam a malo et labia tua ne loquantur [b] fraudem. 15 Declina a malo
et fac bonum quere pacem et sequere. 16 Oculi domini super [c] iustos
et aures eius in precibus eorum. 17 Uultus domini aduersus facientes
mala exterminare de terra memoriam eorum. 18 Clamauerunt et do-
minus exaudiuit ab omni tribulatione eorum liberauit eos. 19 Prope
est dominus adtritis corde et humiles spiritus saluat. 20 Multae tempta-
tiones iustorum et ex omnibus liberauit eos dominus. 21 Custodiens
omnia ossa eorum unum de ipsis non confringetur. 22 Mors impii pes-
sima [d] odientes iustum delinquent. 23 Liberat dominus animas seruorum
suorum et non falluntur superantur omnes sperantes in eum.

[Psalmus XXXIV.]

1 Iudica domine cum iudicio meo expugna preliantes michi. 2 Arripe
scutum et cela et resurge in auxilium michi. 3 Et effunde framea[m] [a]
et include coram persequentibus me. Dicens animae meae salus tua
ego sum. 4 Confundantur et reuereantur requirentes animam meam
conuertantur in retro et reuereantur qui dicunt mala michi. 5 Fiant
sicut puluis a facie [b] uenti et angelus domini persequens eos. 6 Fiat
iter eorum tenebrosum et lubricum et nuntius domini persequens eos.
7 Quoniam gratis absconderunt michi corruptione laqueorum gratis
suffoderunt animae meae. 8 Ueni[a]t [c] illi calamitas quam non cognouit
et uenatio quam occultauit conprehendat eum cum per te cadat in
eam. 9 Et anima mea exultetur in domino gaudebunt in salutari eius.
10 Omnia ossa mea dicent domine quis similis tibi? liberans pauperem
a fortiore ultra eum inopem et egenum a raptoribus. 11 Leuati testes
iniqui que non sciebam interrogabant me. 12 Retribuebant michi pes-

Ps. XXXIII. — [b] *lonquantur* [c] *timentes* ab ead. m. expunctum. [d] *pessimae.*
Ps. XXXIV. [a] *framea* [b] *faciem* [c] *veniet*

sima pro bonis sterelitatem animae meae. 13 Ego autem pro infirmi-
tate eorum induebam cilicium humilians in geiunio animam meam et
oratio mea in sinu meum reuertet. 14 Ut proximum ut fratrem
mihi profectio mea ut lugens ac tristis humiliatus sum. 15 Et contur-
bato me laetati sunt et congregati sunt super me uulnera et non co-
gnoui 16 corrupta sunt et parum similata sunt. Intemptati erunt sub-
sannauerunt disputationis [d] frendentes aduersus me dentes suos. 17 Do-
mine quotiens uisitas? Conuerte animam meam a clade eorum a catulis
leonum unicam meam. 18 Confessio tibi in ecclesia magna in populo
osseo laudabo te. 19 Ne exultentur inimici mei inique odientes me
gratis innuentes oculo [e]. 20 Quia non in pace locuntur et super iram
terre locuntur insidiosa. Cogitantes 21 dilatauerunt super me os suum.
Dixerunt euge euge uisio oculis nostris. 22 Uidisti domine ne conti-
cescas dominator ne longinquas a me. 23 Uigilanter excitare iudicio
meo deus meus et dominator meus in causam meam. 24 Iudica me
domine secundum iustitiam tuam deus meus et non iucundentur michi.
25 Neque dicent in corde eorum euge euge anima nostra neque
dicant inmersimus eum. 26 Confundantur et reuereantur simul gaudentes
in malis meis induantur pudorem et confusionem magna loquentes
contra me. 27 Exultent et iocundentur uolentes iustitiam meam. Dicentes
semper magnificetur dominus qui uolunt pacem serui eius. 28 Et
lingua mea meditabitur iustitiam tuam omnibus diebus hymnum tuum.

[Psalmus XXXV.]

2 Dixit nequitia impii in medio cordis eius. Non est timor dei in con-
spectu (p. 222.) oculorum eius. 3 Quoniam insidiat super eum in ocu-
lis suis inuenire iniquitatem eius in odio. 4 Uerba oris eius iniquitas et
dolus ommutuit sentire bonitatem. 5 Iniquitatem studet, aduersus cu-
bile suum. Stans in uia minime bona malum non prohiciet. 6 Domine
in celo misericordia tua et fidelitas tua usque ad ethera. 7 Iustitia tua
ut montes altissime iudicia tua abyssus ingens. homines et animalia
saluabis domine. 8 Quam pretiosa misericordia tua deus noster. et
filii adam i[n] umbra alarum tuarum sperabunt. 9 Inebriabuntur ex adipe

Ps. XXXIV. — [d] forte corrigendum, *subsannatione* [e] *oculos* I. m. del. *s*

domus tuae torrentem deliciarum tuarum p[o]tabis [a] eos. 10 Quoniam
aput te fons uite in lumine tuo uidebimus lumen. 11 Expande mise-
ricordiam tuam scientibus te et iustitiam tuam rectis corde. 12 Non
ueniat michi pes superuiae et manus impiorum non transferat me.
13 Ibidem ceciderunt operantes iniquitatem pulsati sunt nec umquam
poterunt stare.

[Psalmus XXXVI.]

1 Noli emulari in prauis neque zelare in operantibus iniquitatem.
2 Quia uelut faenum festinanter arescent et sicut pauulum agri de-
fluent. 3 Spera in domino et fac bonitatem inhabitare terram et rege
fidem. 4 Deliciare super dominum et dabit tibi petitiones cordis tui.
5 Reuela ad dominum uiam tuam et confide in eum et ipse faciet.
6 Et producat sicut lumen iustitiam tuam et iudicia tua ut meridianum.
7 Subiectus esto domino et roga ipsum noli emulari presumenti uiam
suam in ui[ro] [a] facienti malignitates. 8 Quiesce a furore iram ne emu-
leris ad malefaciendum. 9 Quoniam de malis exterminabuntur et spe-
rantes in domino sunt heredes terrae. 10 Et adhuc modicum et non
est impius et species super locum eius nec inuenitur. 11 Et mites ipsi
possidebunt terram et perfruantur in multitudine pacis. 12 Obseruans
impius iustum frendens super eum dentes suos. 13 Dominator inridebit
eum quoniam uidebit quoniam ueniet dies eius. 14 Gladium ceperunt
impii et intenderunt arcum suum deicere pauperem et inopem inter-
ficere rectos corde in uia. 15 Framea eorum intret in cor eorum et
arcus eorum confringetur. 16 Bonum modicum iusto quam multitudo
peccatoribus magna. 17 Quoniam brachia impiorum conterentur con-
fortat uero [b] iust[o]s dominus. 18 Nouit dominus dies immaculatorum
et hereditas eorum in eternum permanet. 19 Non confundentur in
tempore prauo et in diebus famis saturabuntur. 20 quia impii peri-
bunt et inimici domini mox ut gloriantur deficientes in fumo defece-
runt. 21 M[u]tuo [c] accepit peccator et non reddit sed iustus miseretur
et commodat. 22 Quoniam benedicentes eum hereditabunt terram et
maledicti exterminabuntur. 23 A domino gressus hominis diriguntur
et uiam eius concupiscent. 24 Cum ceciderit non destruetur quoniam

Ps. XXXV. — [a] *putabis.*
Ps. XXXVI. — [a] *in uian* [b] *confortatu ero iustus* [c] *motuo*

dominus confirmat manus eius. 25 Iuuenis factus sum nam iam senui
et non uidi iustum derelictum et semen eius quaerens panem. 26 Totum
[diem] largitur et commodat et semen eius in benedictione. 27 Declina
a malo et facit bonum et inhabita ut in secula. 28 Quoniam dominus
diligit iudicium et non derelinquet omnes sanctos suos in aeternum
custodiet eos et semen impiorum exterminabitur. 29 Iusti possidebunt
terram habitabunt in aeternum super eam. 30 O[s] [d] iusti meditabitur
prudentiam et lingua eius loquitur iudicium. 31 Lex dei eius in corde
eius non uacillabunt gressus eius. 32 Obseruat impius iustum et queret
mortem eius. 33 Dominus non derelinquet eum in manibus eius neque
damnet eum cum iudicatur. 34 Sustine dominum deum et custodi uiam
eius et exalta te heredita[re] [e] terram in exterminio impiorum [u]i-
debis [f] 35 uidi impium superbum et exaltatum ut cedrum [o]pimum. [g]
36 Et transiui et ecce non est quaesiui eum et non inueni. 37 Custodi in-
nocentias et prospice directa quia est in nouissimo homini pax 38 set
praui contriti sunt simul postrema impiorum exterminatio. 39 Et salus
iustorum a domino et firmamentum in tempore angustie 40 adiu-
tor eorum dominus et saluans saluabit ab impi[i]s [h] salutem eorum
quoniam sperauerunt in eum.

[Psalmus XXXVII.]

2 Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me.
3 Quoniam sagitte tuae infixe sunt michi et confirmasti super
me manum tuam. 4 Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae
non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. 5 Quoniam
delicta mea transierunt caput meum ut sarcina [a] grauis grauata sunt
super me. 6 Putruerunt et contabuerunt cicatrices mee a facie insi-
pientiae meae. 7 Defeci et incurbatus sum usque nimis tota die
tristis ambulabam. 8 Quoniam lumbi mei impleti sunt inlusionis et
non est sanitas in carne mea. 9 Infirmatus est et turbatus sum usque-
quaque a gemitu cordis meae rugiebam. 10 Domine in conspectu tuo
omnis concupiscentia mea et gemitus meus a te minime absconsus
est. 11 Cor meum turbatum est reliquid me fortitudo mea et lumen

Ps. XXXVI. — [d] *O* [e] *hereditarem* vel *in* [f] *Videbis* [g] I. m. corr. ex *impimum* [h] ita corr. ex *impius*.

Ps. XXXVII. — [a] I. m. corr. ex *sargina*

oculorum meorum adhuc et ipsut non est mecum. [12] Amici mei et
proximi mei in conspectu tactus mei steterunt. Et proximi mei a l[o]n-
ginquo [b] stabunt. [13] Et contenderunt querentes animam meam et que-
rentes mala mihi locuti sunt uanitates et insidias tota die meditantes.
[14] Ego uero tamquam surdus non audiebam et sicut mutus non ape-
riens os meum [15] et factus sum sicuti homo qui non audit et non ha-
bens in ore suo arguos. [16] Quoniam te domine expectaui tu exaudiens
domine deus meus. [17] Quia dixi nequando iucundentur inimici mei cum
uaccillat pes meus contra me magna locuti sunt. [18] Quia ego ad uer-
bera paratus et dolor meus in conspectu meo frequenter. [19] Quia
iniquitatem meam renuntiabo soniabor pro peccato meo [20] et inimici
mei uiuentes superauerunt et multiplicati sunt qui odiúnt me inique.
[21] Qui retribuunt mihi mala pro bonis resistebant michi quia perse-
quebar bonitatem. [22] Ne derelinquas me domine deus meus ne longin-
quaueris a me. [23] Adtende in adiutorium meum domine salutaris meus.

[Psalmus XXXVIII.]

[2] Dixi custodire uias meas ne peccare in lingua custodiam ori
meo posui in resistendo peccatorem aduersus me. [3] Ut mutus
tacebam pro bono et dolor meus turbatus est. [4] Renouatur cor
meum infra me calefactum est in meditatione exardescet ignis [5] lo-
cutus sum in lingua mea. Notos mihi fac domine fines meos et men-
suram dierum meorum qualis est ut sciam quid desum ego. [6] Ecce
mensuratas posuisti dies meas et substantia mea sicut nichil in con-
spectu tuo. Tamen omnia uanitas omnis homo imaginatus. † [7] [a] Denique
per imaginem perambulat uir tamen sine causa turbatur [b] congregat
et non cognoscit quis colliget ea. [8] Et nunc [quae] est sufferentia mea [?]
domine expectatio mea ad te est. [9] Ex omnibus iniquitatibus meis
libera [me] inproperium insipienti nequaquam ponas me. [10] Surdus
factus sum non aperui os meum quoniam tu domine fecisti. [11] Remoue
a me flagella mea [12] a fortitudine manus tuae ego defeci. Pro conuincen-
dis super iniquitatem [e]mendasti [c] uirum macerasti sicut aranea
animam meam tamen sine causa omnis homo. † [13] Exaudi orationem

Ps. XXXVII. — [b] corr. ex *linginquo*
Ps. XXXVIII. — [a] Occurrit spatium 10 litterarum. [b] *turbantur* [c] *mendasti*

meam domine et preces meas inaurire etiam fletum meum ne con-
ticueris quoniam aduena ego sum aput te et incola sicut omnes patres
mei. 14 Parce mihi ut refrigerem antequam irem et non sum.

†

[Psalmus XXXIX.]

2 Sustinens sustinui dominum et respexit ad me 3 et exaudiuit pre-
cem meam. Et extraxit me de laco miserie et a luto limoso et
constituit in spatioso pedes meos et deduxit gressus meos. 4 Et in-
misit in ore meo canticum nouum hymnum deo nostro uidebunt plu-
rimi et timebunt confidentes in domino. 5 Beatus uir qui timet do-
minum fiduciam suam et non aspexit super uanitates et insanias
mendaces. 6 Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua et co-
gitationibus tuis non est similitudo quis similis tibi? adnuntiaui et
locutus sum multiplicati super numerum. 7 Sacrificium et oblationem
minime uoluisti auriculas confecisti michi holocausta et pro peccato
non requisisti. 8 Olim dixi ecce uenio in uolumine libri scriptum est
de me. 9 Ut facerem uoluntatem tuam deus meus uolui et legem tuam
in medio uentris meae. 10 Adnuntiaui iustitiam in ecclesia magna. 12 Tu
domine non prohibeas non mansuetudinem tuam a me misericordiam
tuam et ueritatem tuam adsidue custodi me. 13 Quoniam circumuene-
runt me mala quorum non est numerus conprehenderunt me iniqui-
tates meae et non potui uidere multiplicate sunt super capillos capitis
mei et cor meum dereliquit me. 14 Statuere domine liberari me do-
mine in adiutorium meum propera. 15 Confundantur et reuereantur
in uno simul qui quaerunt animae meae exterminium auertantur in
retrorsum et confundantur qui uolunt mihi mala. 16 Dissipentur in
postremis confusionis [a] suae qui dicunt michi euge euge. 17 Laeten-
tur et iucundentur in te omnes quaerentes te et dicent magnificetur
dominus qui diligunt salutare tuum. 18 Ego autem pauper sum et
inops domin[us] [b] provisor meus adiutor meus et liberator meus tu
es ne tardaueris.

Ps. XXXIX. — [a] fortasse legendum *confusiones* [b] *dominabitur*.

[Psalmus XL.] (p. 223)

2 Beatus qui intellegit super pauperem in die praua liberauit eum
dominus. 3 Dominus custodit eum et conseruet et beabit
eum in terra et non tradet eum in manus inimicorum. 4 Dominus
auxiliabitur ei[a] super lectum doloris omnem stratum eius effudisti in
egritudine eius. 5 Ego dixi domine miserere mei sana animam meam
quoniam peccaui tibi. 6 Inimici mei dixerunt mala mihi quando morie-
tur et pereat nomen eius? 7 Et si ingrediebar intus uidire uane locu-
tum est cor eorum congregauit iniquitatem sibi exiebant foris et loque-
bantur. 8 In idipsum et contra me insu[su]rrabant[b] omnes inimici mei
contra me cogitauerunt mala mihi. 9 Uerbum iniquum posuerunt aduer-
sum me numquid dormiens non adiciet ut resurgat? 10 Etenim pacis
meae in quem speraui qui edebat panes meos leuauit contra me calca-
nium. 11 Tu autem domine miserere mei et resurgam et retribuam
illis. 12 In hoc cognoscam quoniam uoluisti me quoniam non gaudebit
inimicus meus super me. 13 Me autem propter innocentiam suscepisti
et confirmasti me coram te in aeternum. 14 Benedictus dominus deus
israel a seculo et usque in seculum fiat fiat.

†

[Psalmus XLI. *]

2 Sicut ceruus desiderat in fontes aquarum ita desiderat anima
mea ad te deus. 3 Sitiuit anima mea deum uiuum fortem
quando ueniam et uidebo uultum tuum deus. 4 Factae sunt
michi lacrimae meae panis in die et nocte dum dicitur mihi per singulos
dies ubi est deus tuus? 5 Ista memoratus sum et effudi super me animam
meam quoniam perambulabo in tabernacul[o][a] admirabili usque in do-
mum dei mei in uoce exultationis et confessionis multitudinis festi-
uitatis. 6 Ut quid tristis es anima mea? ut quid conturbas me? spera
in dominum quoniam confitebor illi salutare uultus eius. 7 Deus meus
super me anima mea conturbata est propterea memor ero tui a terra
iordanis et hermonim de monte pusillo. 8 Abyssus alta abyssum in-

Ps. XL. — [a] *eis* [b] *insurrabant.*

Ps. XLI. — * Occurrit littera *S* pulcherrime depicta ad II divisionem psalterii indicandam. — [a] Ead. m. sic corr. ex *tabernaculum.*

uocat in uoce cataractarum [tuarum] omnes suspensationes tuae et
fluctus tui contra me transierunt. 9 Die mandauit dominus misericor-
diam eius et nocte cantatio eius mecum hymnus altissimo uitae meae.
10 Dicam altissimo protectori meo ad quid oblitus es mei? ut quid
ambulo [me][b] tribulante inimico? 11 In deprimendo ossa mea inprope-
rabunt me inimici mei dicentes ad me tota die ubi est deus tuus?
12 Ad quid tristis es anima mea et quid conturbas super me? spera
in deum quoniam adhuc confitebor illi salutare uultus mei et deus meus.

†

[Psalmus XLII.]

1 Iudica me deus et prosequere causam meam a gente non iusta a
uiro [a] iniquo et subdolo libera me. 2 Quoniam tu deus meus firma-
mentum meum [quare me repulisti] ut quid tristis ambulo tribulante
inimico? 3 Emitte lumen tuum et ueritatem tuam haec deduxerunt me
et direxerunt super montem sanctum tuum et in tabernaculis tuis.
4 Introeam ad altare deitatis ad deum altissimum iucundantem exul-
tationem meam. Confitebor in psalterio deitatis deo meo. 5 Quid tri-
stis anima mea et quid conturbas me? spera in deum quia adhuc
confitebor illi salutare uultus mei et deus meus.

[Psalmus XLIII.]

2 Deus in auribus nostris audiuimus patres nostri adnuntiauerunt
nobis opus quod operatus es in diebus eorum in diebus anti-
quis. 3 Ipsa manus tua gentes exterminauit et plantauit eas macera-
sti populos et eiecisti eos. 4 Non enim in gladio eorum possederunt
terram et brachium eorum non saluauit eos. Quoniam dextera tua et
brachium tuum et lumen uultus tui quoniam beneplacuisti [in eis].
5 Tu ipse es rex meus et deus meus mandans salutaria iacob. 6 Per te
inimicos nostros uentilauimus in nomine tuo conculcemus resurgentes
nobis. 7 Non enim in arcu[m][a] meum sperabo et [gla]dium[b] meum mi-
nime saluabit me. 8 Quoniam saluasti nos ex inimicis nostris et odien-
tes nos confudisti. 9 In deo laudabimur tota die et nomini tuo con-

Ps. XLI. — [b] *me ambulo.*
Ps. XLII. — [a] add. *a viro.*
Ps. XLIII. — [a] *arcu* [b] *claudium*

fitebimur in secula. † [10] Etenim reppulisti et confudisti [nos] et non progredies in militiis nostris. [11] Auertisti [nos] retrorsum petre quia inimici nostri et odientes nos rapiebant sibi. [12] Dedisti nos sicut oues occisionis et in gentibus uentilasti nos. [13] Reddidisti [c] populum tuum sine pretio et non erat incrementum in commutatione eorum. [14] Posuisti nos inproperium uicinis nostris subsannationem et derisum his qui in circuitu nostro. [15] Posuisti nos in pa[ra]bola [d] in gentibus motum capitis in populis. [16] Totum diem confusio mea[in] conspectu meo et pudor uultus mei coperuit me. [17] A uoce inproperantis et maledicentis a facie inimici et uindicatoris. [18] Ista omnia uenerunt super nos et non tui sumus obliti et non iniuste egimus in testamento tuo. [19] Et non re[c]essit [e] retrorsum cor nostrum non declinauerunt gressus nostrae a uiis tuis. [20] Quoniam humiliasti nos in loco sine habitato et coperuit nos umbra mortis. [21] Si obliti sumus nominis tui deus noster et si pandimus manus nostras ad deum alienum. [22] Utique deus inuestigauit haec quoniam ipse considerat absconsa cordis. Quia propter te mortificamur totum diem aestimati sumus ut oues occisionis. [23] Exurge ut quid somniaris domine? expergefac ne repellas in finem. [24] Ut quid auertis faciem tuam obliuisceris paupertatis nostrae et angustiae. [25] Quoniam humiliata est in puluere anima nostra adhesit in terra uenter noster. [26] Exurge auxiliare nobis et redime nos propter misericordiam tuam.

[Psalmus XLIV.]

[2] Eructuauit cor meum uerbum bonum dicam ego operas meas ipso regi lingua mea stilus scriptoris uelocissimus. [3] Pulcherrimus ultra filios hominum effusa est gratia in labiis meis propterea benedixit te deus tuus in eternum. [4] Circumcinge frameam tuam super femus tuum potentissime. [5] Pulcritudini tuae et decori tuo. Et extende et dirige et impera pro uerbo ueritatis et lenitatis et iustitiae et diriget te mirifice dextera tua. [8] Oleum exultationis a participes tuos. [9] Murra et aloth et cassia omnia uestimenta tua de tempolis [a] eboreis quibus delectaris. [10] Filiae regum in honore tuo adstitit re-

Ps. XLIII. — [c] fortasse leg. *vendidisti* cum ceteris versionibus. vel *tradidisti* cum Aquila et Symmacho. [d] *in pabola* [e] *reges sit.*

Ps. XLIV. — [a] ex *temporis*

gina in dextera tua in offectione aurea. 11 Audi filia[b] et uide et in-
clina aurem tuam et obliuiscere populi tui et domus patris tui. 12 Et con-
cupiscet rex decoris tui quoniam ipse est dominus tuus et adorabis
eum. 13 Et filia tyri in muneribus uultum tuum deprecabunt diuites
populi. 14 Omnis gloria eius filiae regis intrinsecus a fimbriis aureis
amicta [u]arietatem[c]. 15 A[d]ferantur regi uirgines[d] post eam proximae[e]
eius adducentur tibi. 16 Adducentur in iucunditate et exultatione[f] in-
grediantur in templo regis. 17 Pro patribus tuis erunt filii tui constitues
eos principes super omnem terram 18 commonebis nomen tuum in omni
generatione. Propterea gentes confitebuntur tibi in saecula et in
aeternum.

[Psalmus XLV.]

2 Deus noster nobis refugium et uirtus adiutor in angustiis quae
inuenerunt nos. 3 Propterea non ea non timebimus in turba-
tione terrae et commotione montium in cordibus maris. 4 Sonabunt
et turbabuntur aquae eorum moueantur montes in soliditate eius. †
5 Torrentis diuisiones iucundae ciuitati dei sancti tabernaculum al-
tissimi. 6 Deus in medio eius sine errore auxiliatur ei deus circa ma-
tutinum. 7 Turbatae sunt gentes uaccillarunt imperia dedit in uoce
eius motum terra. 8 Dominus uirtutum nobiscum protectio nostra deus
iacob. † 9 Uenite et uidete opera domini quia posuit signa super ter-
ram. 10 Mitescens proelia usque ad nouissimis terrae arcum confringet
et conteret scutum et arma comburet ign[i].[a] 11 Uacate et scitote quo-
niam ego sum deus exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. 12 Do-
minus uirtutum nobiscum protector noster deus iacob.

[Psalmus XLVI.]

2 Omnes populi plaudete manus iuuilate deo in uoce exultationis.
3 Quoniam dominus altissimus et terribilis rex magnus super
omnem terram. 4 Subegit populos nobis et gentes sub pedibus no-
stris. 5 Elegit nobis ipsam hereditatem suam cum claritate iacob

Ps. XLIV. — [b] corr. ex *filie* [c] *Varietatem adferantur* [d] corr. ex *virginis* [e] corr. ex *promimo* [f] *exultationes*.

Ps. XLV. — [a] *ignem*.

quam dilexit. † 6 Ascendit deus in iuuilatu dominus in uoce cornua. 7 Psal-
lite deo nostro psallite psallite regi nostro psallite. 8 Quoniam rex
totius terrae [a] deus noster psallite prudenter. 9 Imperauit deus noster
super omnes gentes deo nostro sedes super throno [b] sancto eius. 10 Prin-
cipes populorum congregati sunt populus dei abraam quoniam deo
nostro protectiones terrae nimium exaltate sunt (p. 224).

[Psalmus XLVII.]

2 Magnus dominus et laudabilis ualde in ciuitate dei nostri mons
sancti eius. 3 Amplificans amoena to̧tius terrae. Mons sion la-
tera aquilonis urbs regis eximia. 4 Deus noster in domibus eius co-
gnoscitur protegens eam. 5 Quoniam ecce regimonia in consilio tran-
sierunt in idipsum. 6 Ipsi uidentes ita mirati sunt festinauerunt et ex-
pauerunt. 7 Tremor conprehendit eos ibi parturitiones ut generan-
tis. 8 In spiritu uehementi contritio nauium tharsis. 9 Sicut audiuimus
sic uidimus in ciuitate domini uirtutum in urbe dei nostri deus pa-
rauit eam in saecula. † 10 Opinati sumus deus misericordiam tuam in
medio templo [a] tuo. 11 Secundum nomen tuum deus ita et laus tua
contra terminos terrae iustitiae plena est dextera tua. 12 Laetetur
mons sion et exultabunt filiae iudeae propter iudicia tua. 13 Circum-
date sion et circumclaudite [eam] narrate turribus eius. 14 Ponete
corda uestra in copiis eius diuidite turres eius. Ut ita narretis in
generatione nouissima. 15 Quoniam ipse deus noster in secula seculo-
rum ipse diriget nos in aeternum.

[Psalmus XLVIII.]

2 Audite haec omnes gentes inaurimini omnes habitantes orbem terra-
rum. 3 Etenim fili hominum etenim filii uirorum in semetipsum [a]
diues et pauperes. 4 Os meum loquitur prudentiam et meditatio
cordis meae intellectus. 5 Inclinabo in parabolam auditum meum ape-
riam in psalterium propositum meum. 6 Ut quid timebo in die praua
iniquitas [b] calcanei mei circumcludat me. 7 Confidentes super opulen-

Ps. XLVI. — [a] I. m. corr. ex *terrae totius* [b] *thronos.*
Ps. XLVII. — [a] corr. ex *templi.*
Ps. XLVIII. — [a] ex *semetipsut* [b] ex *iniquitates*

tias suas et in multitudine diuitiarum suarum gloriantes. 8 Frater non
redimet redimet uir non dabit deo nostro propitiationem. 9 Et pre-
tium redemptionis animae eius et quieuit in saecula. 10 Et uiuet [i]te-
rum [c] in fine non uidebit corruptionem. 11 Quando uiderit prudenter
morientes in idipsum insipiens et stultus peribunt et relinquent al-
teris copias suas. 12 Interna domus eorum in seculum habitent in ge-
neratione et generatione inuocauerunt nomina eorum super terram.
13 Et homo in honore non sensit conparatus est iumentorum et si-
militudini. 14 Huiusmodi uia eorum scandalum illis et postmodum in
ore suo beneplacebunt. ✝ 15 Ut oues in infero descendent mors reget
eos et possidebunt eos recti corde et fortitudo eorum confringetur
inferno. 16 Tamen deus liberauit animam meam de manu inferi cum
acceperit me. ✝ 17 Ne timeas quando copiosus fiat homo et cum mul-
tiplicatur gloria domus eius. 18 Quoniam non in morte sua accipiet omnia
nec descendet post eum gloria eius. 19 Quoniam anima sua in uita
eius benedicet confitebitur tibi ut quasi benefaciens tibi. 20 Ingredies
usque generatione patrum eius ad usque in fine non uidebunt lu-
men. 21 Et homo in honore et non sensit comparatus est animalibus
et adsimilatus est.

[Psalmus XLIX.]

1 Deus deorum dominus locutus est et uocauit terram ab or[tu] [a]
solis usque in occasum. 2 Ex [s]ion [b] perfecta gloria dei inluminauit.
3 Ueniet deus noster et non cessauit ignis in conspectu eius consumet
et [in] circuitu eius procella nimia. 4 Uocauit altissimus caelos desu-
sum et super terram iudicium populi sui. 5 Congregamini mihi iusti
mei transactores testamenti mei super sacrificia. 6 Et adnuntiate caeli
iustitiam eius quoniam deo nostro iudicium est. ✝ 7 Audi populus meus
et loquar israel et contestabor tibi deus deus tuus ego sum. 8 Non
super sacrificiis tuis arguam te holocausta tua in conspectu meo
adsiduae. 9 Non accipiam de domo tua uitulum ex gregibus tuis hircos.
10 Quia mihi omnia animalia siluae pecor[a] [c] in montibus milies. 11 Co-
gnoui omnia uolatilia caeli montium et pulcritudo agri mecum est.

Ps. XLVIII. — [c] *uterum.*
Ps. XLIX. [a] *ab orsolis* [b] *E xion* [c] *pecor*

12 Si esuriam non dicam tibi quoniam mihi orbis terrarum et pleni-
tudo eius. 13 Consummatae sunt carnes taurorum et sanguinem agno-
rum deuorate sunt. 14 Sacrifica [d] deo sacrificium laudis et redde
altissimo uota tua. 15 Et inuoca me in die tribulationis redemptorem
tuum et glori[fic]a [e] me. 16 Et peccatori dixit deus ad quid tibi enarrare
iustificationes meas et adsumere testamentum meum per os tuum?
17 Et tu odisti disciplinam et proiciebas sermones meos retrorsum.
18 Si uidebas furem concurrebas illi et cum adulteris portio tua. 19 Os
tuum abundabat in malitia et lingua tua iungebat insidias. 20 Sedens
de fratre tuo insusurrabas contra filium matris tuae ponebas scan-
dalum. 21 Haec agebas et conticui opinabas inique esse me similem
tibi arguam te et probabo ante oculos tuos. 22 Intellegite utique haec
obliuiscentes deum. Ne quando rapiat et non sit qui liberet. 23 Sa-
crificans laudem clarificat me et ibi uiam ostendam illis salutare dei
nostri.

†

[Psalmus L.]

3 Miserere mei deus secundum misericordiam tuam secundum mul-
titudinem miserationum tuarum dele peccatum. 4 In multum laba
me a facinu meo et a peccato meo purga me. 5 Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et peccatum meum coram me adsiduae. 6 Tibi
soli deliqui et facinus in conspectu tuo feci ut ita iustificeris in uerbis
tuis superare in iudicio tuo. 7 Ecce inique conceptus sum et in pec-
catis parturiuit mater mea. 8 Ecce ueritatem uoluisti in absconsis et
in signatis sapientiam docuisti me. 9 Aspargis me in oesospum *(sic)* et
purgabor lababis me et super nibem albiscam. 10 Audire me facis
exultationem et gaudium exultabunt ossa humiliata. 11 Absconde uul-
tum tuum a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele. 12 Cor
mundum crea in me deus et spiritum rectum dedica interraneis meis.
13 Ne repellas me a facie tua spiritum sanctum tuum ne auferas a
me. 14 Redde michi letitiam salutaris tui spiritu principali confirma me.
15 Doceam impios uias tuas et peccatores super te conuertantur. 16 Li-
bera me a sanguine deus deus [a] saluator meus gaudebit lingua mea
iustitiam tuam. 17 Dominator labia mea aperiet et os meum adnun-
tiauit hymnum tuum. 18 Quia non uoluisti sacrificium et data holo-

Ps. XLIX. — [d] *sacrificia* [e] *gloria.*
Ps. L. — [a] *meus* I. m. expunxit.

causta non sunt acceptabiles. [19] Sacrificium deo nostro spiritus con-
tribulatus cor contritum et humiliatum deus non spernet. [20] Benefac
in bonitate tua [b] ipsam sion et edificentur moenia ierusalem. [21] Olim
uoluisti sacrificium iustitiae holocausta et oblationem tunc offerent
super altarem tuum uitulos.

†

[Psalmus LI.]

[3] Quid gloria[r]is [a] in malitia potens misericordia altissimi? [4] omnibus
diebus. Insidias cogitasti in lingua tua ut nouaculum acutum fe-
cisti dolum. [5] Diligebas praua pro bonis mendacium pro sermone
iusto. [6] Diligebas omnem uerbum inuersionis linguam fraudulentam.
[7] Ideo altissimus destruet te in finem humiliet te et transferet a tectis
et eradicabit de terra uiuentium. † [8] Uidebunt iusti et timebunt et super
eum ridebunt. [9] Ecce homo [qui] non posuit deum firmamentum sibi
et sperauit in multitudine diuitiarum suarum et confid[i]t [b] in uanitate
sua. [10] Ego autem sicut oliua fructuosa in domum d[e]i [c] speraui in
misericordia dei in saecula saeculorum. [11] Confitebor tibi in aeternum
quoniam fecisti et tolerabo nomen tuum quoniam bonum in conspectu
iustorum tuorum.

[Psalmus LII.]

[1] Dixit stultus in corde suo non est deus [2] corrupti et abominati
sunt non est faciens bonum. [3] Deus de caelo inspexit super
filios hominum ut u[i]deret [a] si est intellegens requirens cum deo.
[4] Omnes declinauerunt in unum turbati sunt non est qui faciet bo-
nitatem non est preter unum. [5] Nonne cognoscant operantes iniqui-
tatem edentes populum meum ederunt panem deum non inuocantes.
[6] Ibi timuerunt pauore non presente timore quia deus dispersit ossa
hominibus placentium quia deus sp[r]euit [b] eos. [7] Quis dabit pro sion
salutare israel? Conuertente deo captiuitatem populi sui exultetur
iacob gaudium israel.

Ps. L. — [b] *tuam.*
Ps. LI. — [a] *glorialis* [b] *confidet* [c] *disperavi.*
Ps. LII. — [a] *suderet* [b] *spevit*

†

[Psalmus LIII.]

3 Deus in nomine tuo salua me et in uirtute tua iudica me. 4 Deus
exaudi orationem meam auribus percipe uerba oris mei. 5 Quo-
niam alieni resurrexerunt contra me et potentes querebant animam
meam. Et non proposuerunt deum ante oculos suos. † 6 Ecce deus meus
adiutor mihi dominator in supsceptione animae meae. 7 Conuertens
praua inimicis meis in ueritate tua interime eos. 8 Ultroneus sacrifi-
cabo tibi confitebor nomini tuo domine quoniam bonum. 9 Quia ex
omni angustia redimes me et in auersariis meis inspexit ocul[u]s
me[u]s [a].

[Psalmus LIV.]

2 Inaurire domine orationis meae et ne despicias preces meas. 3 Re-
spice in me et exaudi me. Curbatus sum in tedio meo et tur-
batus. 4 A uoce inimici a faciae necessitatis impie. Quoniam deriuata
sunt super me inutilia et in ira decipiebant me. 5 Cor meum infir-
matum in me et pauores mortiferae ceciderunt super me. 6 Metus
et terror uenit supra me et coperuit me caligo. 7 Et dixi quis dabit
mihi pinnas ut columbae et uolans requiescam? 8 Ecce longinquaui
transmigrans commorando in deserto. † 9 Festinabo refugium mihi a
spiritu procellarum procellae. 10 Summerge domine segrega [a] linguas
eorum quoniam uidi iniquitatem et [iu]diciones [b] in ciuitatem. 11 Diurno
et nocturno circumcludet [c] eam super muros eius nequitia [d] et dolor
interaneis eius. 12 Insidia in medio eius non defecit a plateis eius
usura et fraus. 13 Quoniam non inimicus inproperauit me et sustinebo
neque odiosus super me magna locutus est et abscondar ab eo. 14 Tu
uero homo similis michi et consuetus et notus meus. 15 Qui in idipsum
condidimus consilium in domo dei ambulauimus studiose. 16 Ueniens
mors ueniet illi (p. 225) descindant in infernum uiuentes quoniam malitiae
incolatus eorum in medio eorum. 17 Ego autem ad deum exclamaui
et saluauit me. 18 Uespere et matutino et meridiano enarrabo et ad-
nuntiabo et exaudiet uocem meam. 19 Redimens in pacem animam
meam aproximantibus michi quia in plurimis erant mecum. 20 Exau-

Ps. LIII. — [a] *oculos meos.*
Ps. LIV. — [a] *segregas* [b] *vidicones = vidicationes* (?) [c] *circumclaudet.* [d] *nequitiam.*

diet altissimus et humiliet eos sedens ante saecula. † [21] Quibus non
sunt mutationes ipsi neque timuerunt deum. Extendit manum suam
in pacificis profanare testamentum eius. [22] Lapsa sunt ultra seuum
ora eorum et interna cordis eorum mollescunt uerba eius super oleum
et ipsi sunt iacula. [23] Relinque super dominum desideria tua et ipse
enutriet te nec enim detur in eternum mutatio iusto. [24] Et tu deus
deduces eos in lacum pestilentiae. Uiri sanguinum et fraudis non me-
diabunt dies suos ego autem confidens in te.

†

[Psalmus LV.]

[2] Miserere mei deus meus quoniam inculcauit me homo tota die
bellans depressit me. [3] Inculcantes inimici mei tota die [4] quo-
niam multi debellantes me ab altitudine. Hodie timebo ego deitatem
tuam sperabo. [5] In deo meo laudabo sermonem eius. In domino lau-
dabo sermonem eius in deo meo confido non timebo quid fecit caro
michi. [6] Tota die sermones meos abominabantur aduersus me omnes
adinuentiones eorum in malo. [7] Inhabitabunt et occultabunt ipsi cal-
canea mea custodient quotiens sustinuit anima mea. [8] Super inutilia
conseruare ipsis in ira populorum inmisisti de[u]s. [a] [9] Motus meus
adnuntio [b] tua posuisti lacrimas meas coram te propter promissiones
tuas. [10] Tunc conuertentur inimici mei retrorsum in die inuocationis
sic cognoui quia deus michi. [11] Deum meum laudabo uerbum in do-
mino laudabo uerbum. In domino confido non timebo quid faciet
homo michi. [12] Pro me deus meus uota mea reddam oblationes tibi.
[13] Quoniam liberasti animam meam a morte etiam pedes meos de
lapsu ut consistam in conspectu dei mei in lumine uiuentium.

†

[Psalmus LVI.]

[2] Miserere mei deus miserere mei quoniam in te confidit anima
mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo donec transeat ini-
quitas. [3] Clamabo dominum altissimum fortem benefacere super me.
[4] Emitte a caelo et saluare me inproperans inculcantes me. † Emisit
deus misericordiam suam et ueritatem suam. [5] Animam meam a me-

Ps. LV. — [a] in *deos.* [b] forte, *adnuntiatio.*

dio leonum dormiui turbatus. Filii hominum dentes eorum astae et
sagittae et lingua eorum [f]ramea [a] acuta. 6 Exaltatus super cael[o]s [b]
deus et super omnem terram gloria tua. 7 Retias parauerunt gres-
sibus meis curbauerunt animam meam foderunt coram me fossam
cadent in medio eius. † 8 Paratum cor meum deus paratum cor meum
cantare et psallere. 9 Exurge claritas mea exurge psalterium et ci-
thara exurgam deluculo. 10 Confitebor tibi in populis dominator meus
et psallam in gentibus. 11 Quoniam magna super caelos misericordia
tua et usque nubes ueritas tua. 12 Exaltare super caelos deus meus
et super omnem terra[m] [c] claritas tua.

[Psalmus LVII.]

2 Si uere ueritatem iuste locuntur recta iudicate fili hominum. 3 Nam
in corde iniquitates operamini in terram in qua manus uestrae
tractant. 4 Alienentur impii a uulua errauerunt ex utero qui locuti
sunt mendacia. 5 Furor ipsis ut similitudo ire columbrae utpote ba-
siliscis surde obtur[a]ns [a] aures eius. 6 Quae non exaudiet uocis incan-
tantium insusurratu ueneni astute. 7 Deus confringet dentes eorum
in ore eorum dentes leonum conteret dominus. 8 Proicientur sicuti
aqua pertransiens in aliquo extendens sagittas suas utpote turbatus.
9 Similitudine uermis ambulantis cecidit ignis ne uiderent solem.
10 Antequam sentiretis spinas uestras ramni similitudinem prudentes
sunt per iram procellae. 11 Gaudebit iustus cum uiderit eos uindictos
pedes eius labatur in sanguine peccatoris. 12 Et dicet homo nempe
fructus iusto nempe est deus iudicans in terra.

†

[Psalmus LVIII.]

2 Libera me ab inimicis meis deus a resurgentibus mihi exalta
me. 3 Redime me ab operantibus iniquitatem a uiris sanguinum
salua me. 4 Quoniam huiusmodi deceperunt animam meam perse-
cuti me sunt fortes 5 sine iniquitate mea et sine peccato meo do-
mine. Sine impietate [a] currentem et parabantur 6 exurge in obuiam mihi

Ps. LVI. — [a] *eorum. Framea* [b] *caelus* [c] *terra.*
Ps. LVII. — [a] *obturens.*
Ps. LVIII. — [a] *impietatem.*

et uide. E[t] nunc domine deus uirtutum deus israel exurge uisitare
omnes gentes si misereris omnes impios et iniquos. † 7 Conuertantur
uespere et esurient ut canes et circumeant [b] ciuitatem. 8 Ecce latra-
bunt in ore suo gladiat in labiis suis quoniam dicent quis audet? [d]
9 Et tu domine in ridiculo eorum subsannatio omnium gentium. 10 Uir-
tutem meam super te custodiam quoniam deus protectio mea. 11 Deus
meus miserere mei 12 deus ostendat mihi inimicis meis. Ne interficias
eos ne nequando obliuiscentur populi tui disparge eos in uirtute tua
subiciens eos protectio nostra dominus. 13 Delicta oris eorum sermoni
labiorum suorum et conprenduntur superuiae suae. 14 Et a male-
dicto et mendacio consumma. In ira consumma et non sint ut sciant
quoniam deus dominabitur iacob et omnium finium terrae. † 15 Conuer-
tentur uespere et esurient ut canes et circumibunt ciuitatem. 16 Ipsi
uagantes in cibo si non saturentur murmurabunt. 17 Ego autem can-
tabo uirtutes tuas exultans diluculo misericordiae tuae quoniam fa-
ct[u]s [e] es susceptor mihi refugium in die tribulationis mihi. 18 Uirtu-
tem meam ad te cantabo quoniam deus supsceptor [f] me[u]s [g] deus
meus misericordia mihi.

†

[Psalmus LIX.]

3 Deus repulisti nos ne destruis nos [i]ratus [a] conuertisti nos. 4 Mouisti
terram turbasti eam cura dolorem eius quoniam errauit. 5 Osten-
disti populo tuo dura potabis nos nos uino transpunctionis. 6 De-
disti timentibus te signum in adnotatione uultus [b] firmatis. † Ut et li-
berentur dilecti tui 7 salua dextera tua [c] et exaudi me. 8 Deus
meus locutus est in sancto eius exultabo et partibo [r] [d] sicima et collem
tabernaculi dimetiar. 9 Michi galaad et michi manasses et efrem a
firmamento capitis mei iudas moderatio mea. 10 Moab olla spei meae
super idumeam extendam calciamentum meum super allophilos coas-
satio. 11 Quis deducet me obsidii quis deducet me usque in idumeam?
12 Nonne tu deus qui repulisti nos et non exies deus in militiis no-
stris. 13 Da nobis auxilium a presura et uana saluatio ab homine.
14 In deo faciemus uirtutem et ipse confundet tribulantes nos.

Ps. LVIII. — [b] *circummeant* [c] *gladiatin in* forte leg. *gladiat in* [d] pro *audiet?* [e] *factis* corr. expunxit *p* in *supsceptor* [g] ex *meos.*

Ps. LIX. — [a] *nostratus* [b] tu *firmatis* [c] *dexterae tuae* [d] *partibo.*

[Psalmus LX.]

2 Exaudi deus meus preces meas intende orationem meam. 3 A fi-
nibus terre ad te exclamabo in tedio cordis meae super petram
exaltasti me direxisti me. 4 Quoniam factus es spes mea turris for-
tissimus a facie inimici. 5 Habitabo in tabernaculo tuo in aeternum
sperabo in umbra alarum tuarum. † 6 Quoniam tu deus exaudisti pre-
ces meas dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. 7 Dies super
dies regimoni[i] [a] tui adicies annos eius usque generationem et gene-
rationem. 8 Perseueret in aeternum in conspectu dei nostri misericor-
diam et ueritatem per te requirent. 9 Ita psallam nomini tuo paci-
scere uota mea die in die.

[Psalmus LXI]

2 Utinam [a] super deum quiescet anima mea ab ipso enim salutarem
meum. 3 Etenim ipse firmamentum et salus mea susceptor non
errabo plurimum. 4 Usquequo insidiamini contra uirum interficiens
omnes uos ut paries dealbatus et macheries repulsio eius? 5 Tamen
honorem meum cogitauerunt fraudare currentes mendose in or[e] [a] suo
benedicebant et infra se maledicebant [b]. † 6 Utinam in deo subicietur
anima mea quoniam ab ipso sufferentia mea. 7 Etenim ipse est fir-
mamentum meum et salus mea susceptor meus non errabo. 8 Apud
deum salutarem meum et gloria mea deus adiutor meus et spes mea
in domino. 9 Sperate in eo in omni tempore si enim effundatis co-
ram eo corda uestra deus spes nostra est. 10 Tamen uanitas fili ho-
minum mendosi fili uiri in statera ascensus eisdem ex uanitate in
idipsut. 11 Nolite confidere iniquitati et ad rapinas nolite festinare
diuitiae si fluxerint nolite adicere cor. 12 Semel locutus est deus sae-
cunda haec audiui quoniam potentia dei est. 13 Et tua domine mi-
sericordia quoniam tu reddis singulis secundum facta eorum.

Ps. LX. — [a] *regimoni.*
Ps. LXI. — [a] lege *Attamen* — [a] *ori* [b] add. *et infra se.*

[Psalmus LXII.]

2 Deus deus meus ad te a nocte uigilo sitiuit tibi anima mea to-
tiens tibi caro mea. 3 In terra deserta extensa sine aqua sic in
sancto uisus tibi uidendi uirtutem tuam et gloriam tuam. 4 Quoniam
bona misericordia tua super uita[s] [a] labia mea laudabunt te. 5 Sic bene-
dicam te in uita mea in nomine leuabo manus meas. 6 Sicut adipe
et pinguedine [b] froniscat anima mea exultatione laudabit nomen tuum
os meum. 7 Si meminerit tui super stratum meum in uigiliis medi-
tabor in te. 8 Quoniam tu es adiutor michi et in umbra alarum tua-
rum laudabo [c]. 9 Adesit anima mea post te in me protexit dextera
tua. 10 Ipsi autem frustra [d] requirebant animam meam introeant in
penetralibus [e] terrae. 11 Tradentur in manus gladii particule uulpium
erunt. 12 Rex autem iucundetur in domino glorietur omnis iurans in
eo. Quoniam inclusit os loquentium mendacia.

[Psalmus LXIII.]

2 Exaudi deus uocis meae in precibus a trepidatione inimici custo-
dies animam meam. 3 Absconde me a concilio malign[or]um [a] a
multitudine operantium iniquitatem. 4 Qui[a] [b] acuerunt ut gladium lin-
guam suam tetenderunt sagittas eorum sermonem amarum 5 deicere
eum et non timebunt. 6 Statuerunt sibi sermonem prauum narrauerunt
celare [c] insidias dixerunt quis uidebit eos? 7 Requirentes iniquitatem
(p. 226) defecerunt [d] requisierunt et sensus uiri et cor profundum 8 et
sauciet deus eos. 9 Sagittis momento factae sunt plage eorum. Et
offenderunt in his super linguis eorum turbati sunt omnes uidentes in
ipsis. 10 Et timebit omnis homo et adnuntient operationes dei et ex
factura eius perfecti erunt. 11 Gaudebunt iusti in domino et sperantes
super eum laudabuntur omnes recti corde.

[Psalmus LXIV.]

2 Tibi tacita laus deus in sion et tibi reddetur oratio. 3 Audienti pre-
ces donec omnis caro ad te ueniat. 4 Uerba iniquorum potuerunt
praeter me et nequitias eorum tu expiabis. 5 Beatus electus et pro-

Ps. LXII. — [a] *vita* [b] *pinguedinem* [c] *laudabor* [d] *frustrare* [e] ex *inpenetrabilis.*
Ps. LXIII. — [a] *malignum* [b] *Qui* [c] ex *celarent* [d] *defe defecerunt.*

ximans habitabit aulas tuas. Fruniscamur in bonis domus tuae san-
ctum est templum tuum. 6 Mirabilis iustitia [a] tua exaudi deus saluator
noster fiduciam omnium finium terrae marisque longe. 7 Parans montes
in fortitudine sua cinctus uirtutum. 8 Letificans estum maris estum
fluctu[u]m [b] eius et populum gentium. 9 Et timebunt te inhabitantes ter-
minos a signis tuis reditus matutinus et uespere del[e]ctatio. [c] 10 Uisita-
sti terram et moderasti eam multiplicasti abundantiam eius diuisiones
deificas. Plenitudines aquarum parabit germinationes eorum quoniam
sic paratura [d] eius. 11 Sulcos eius inebriabis multiplica fructus eius in
guttis disponis eam germina eius benedices. 12 Coronare annum suaui-
tatis tuae et regiones saturabuntur pinguedinis. 13 Nundescent opima
deserte et exultent colles cingentur. 14 Uestientur arietes oues et mon-
tes uestientur multiplicare frumentum copulentur cantabunt (*sic*).

[Psalmus LXV.]

1 Iubilate deo omnis terra 2 psallite claritati nominis eius date glo-
riam laudis eius. 3 Dicite deo quam orribiles operae tuae in ma-
gnitudine uirtutis tuae negantem te inimici tui. 4 Omnis terra ado-
rent te psallant nomini tuo altissime. 5 Uenite et uidete operas dei
metuendus in consiliis super filios hominum. 6 Qui conuertit mare in
siccum in flumine transierunt in pede ibi iucundabimur in eo. 7 Do-
minati in potentatu su[o] [a] eternaliter oculi eius super gentes inspiciunt
separantes se non exaltabuntur sibi. 8 Benedicite populi deum no-
strum et nuntiate uocem laudis eius. 9 Qui posuit animas nostras in-
ter uitas et non dabit in lapsum pedes nostros. 10 Quoniam probasti
nos deus igne sicut probatur argentum. 11 Induxisti nos in obsidio
posuisti metas in dorsibus nostris. 12 Inposuisti homines super capita no-
stra uenimus per ignem et per aquam et produxisti nos in refrigerium.
13 Ingrediar domum tuam in holocaustis reddam tibi uota mea. 14 Que
promiserunt labia mea et locutum est os meum in angustia mea. 15 Ho-
locausta pinguidinis offeram tibi cum incenso arietum referam uobes
cum hircis. † 16 Uenite audite et narrabo omnibus timentibus deum quae
fecit animae meae. 17 Super eum ori meo clamaui et exaltaui sub lin-

Ps. LXIV. — [a] *iustitiam* [b] *fluctum* [c] *delactatio.* [d] *paractura* corr. expunxit *c*.
Ps. LXV. — [a] *sue*.

gua mea. 18 Inania si uidebam in corde meo minime exaudiet deus.
19 Hoc modo exaudiuit deus auscultans uocem orationis meae. 20 Be-
nedictus deus qui non remouit deprecationem meam et misericordiam
suam a me.

[Psalmus LXVI.]

2 Deus misereatur nostri et benedicet nos in lumine uultus sui no-
biscum. 3 Ut sciant in terra uias tuas in omnibus gentibus sa-
lutarem tuum. 4 Confitebunt tibi populi deus confitebunt tibi populi
omnes. 5 Iucundentur et exultent tribus quoniam iudicas populos in
iustitia et tribus in terra diriges. 6 Confitentur tibi populi deus con-
fitentur tibi populi omnes. 7 Terra dabit fructum suum benedicit nos
deus deus noster. 8 Benedixit nos deus et timebunt eum omnes ter-
mini terrae.

[Psalmus LXVII.]

2 Exurgat deus et dispargentur inimici eius et fugient odientes eum
a facie eius. 3 Ut deficit fumus defectu ut liquescit cera a facie
ignis pereant impii a faciae dei. 4 Et iusti iucundentur et denseantur
coram deo et letentur et exultentur. 5 Cantate deo psallite nomini eius
iter facite uehenti [a] super planities dominus nomen est illi et exul-
tate in conspectu eius. 6 Patres [b] pupillorum et iudicis uiduarum. Deus
in habitaculo sancto eius. 7 Deus inhabitare facit unicos in domum
producens uinctos in uirtutibus et[e]nim amaricantes [c] habitauerunt in
lubricosis. 8 Deus in progressu tuo in conspectu populi tui cum tran-
siris deserta. † 9 Terra mota est etiam caeli stillauerunt a facie dei hoc
sinai a uultu dei dei israel. 10 Pluuiam ultroneam segregabis deus here-
ditati tuae et dilatasti et stabilisti eam. 11 Uitae tuae sedebunt in ea [d]
parabis in beniuolentia tua. 12 Dominator dabi[t] [e] sermonem euangeli-
zantibus uirtute [f] magna. 13 Regi sabaoth dilectioni diligenter et pul-
chritudo domus distribuet spolia. 14 Si dormieretis inter sortes pinnae
columbine argentate argento et scapulas eius in pallore aureo. 15 In
discernendo celestem reges in ea nibescant [g] in selmon. 16 Mons dei

Ps. LXVII. — [a] *vehementi* [b] leg *eius patris* [c] *et anima maricantes* [d] *in eam* [e] *dab = dabis* (?) [f] *virtutem* ex *nivescant*.

nostri mons pingue. 17 Ut quid certatis montes superciliati? mons illut
concupiuit deus sedi suae. Etenim dominus habitauit in uictoriis. 18 Cur-
rus dei decem milia milies copiarum dominus in eis in sina in sancto.
19 Ascendens in excelso captiuasti[h] captiuitatem accepisti dona in ho-
mines nam non obedientes inhabitare domino deo. 20 Benedictus
dominator die die dispensare nobis deus salutis nostrae. † 21 Deus no-
bis, deus salute et ipsius domini domina[n]tis[i] in morte egressiones.
22 Tamen deus percutiat caput inimicorum eius uerticem capilli trans-
ientis in delictis. 23 Dixit dominator ex basan conuertens conuert[a]m[l]
a profundo maris. 24 Ut ita calcat pes tuus in sanguine lingua canum
tuorum ab inimicis numerantur. 25 Uisae sunt uiae tuae deus itinera
dei mei regalia in sancto. 26 Antecedent principes retrorsum psal-
tores penes eum iuuenes tympanistrices. 27 In ecclesiis benedicite
deum dominantem a fontibus israel. 28 Ibi ueniamin breuior obtinens
eos principes iuda ante pugnantes. Principes zabulon principes netpha-
lim. 29 Mandat deus potentiam [tuam] confirma deus quod perfecisti
nobis. 30 A templo tuo super ierusalem tibi afferent reges munera.
31 Increpasti bestiis cannae coagulatio taurorum in uitulis populi concul-
cant in rotis argenteis. Dispersit gentes proelia uolentes. 32 Uenient ur-
guenter numerare egyptios ethiopia preueniet manus suas deo. 33 A re-
gimoniis terrae cantate deo nostro psallite psallite domino. † 34 Qui sedet
super caelum caeli a principio ecce dabit in uoce sua uocem uirtutis.
35 Date gloriam deo super israel magnitudo eius et uirtus eius in nu-
bibus 36 Timor dei nostri a sanctimonio tuo potens deus noster ipse
dabit uirtutem et ossa fundabit populo suo benedictus deus noster.

†

[Psalmus LXVIII.]

2 Salua me deus quoniam intrauerunt aque usque ad animam. 3 In-
fixus sum in limo profundi et non est substantia ueni in pro-
fundo maris et impetus mersit me. 4 Lassaui inuocando rauciauit gut-
tur meum defecerunt oculi mei expectantes deo meo. 5 Multiplicati
sunt super capillos capitis mei odientes me gratis ossefacti sunt
expellentes me inimici mei mendacio quae non uiolaui tunc redde-
bam. 6 Deus tu cognouisti insipientiam meam et facinus meum a te

Ps. LXVII. — [h] *captivastis* [i] *dominatis* [l] *convertem.*

non abscondam. [7] Ne confundentur in me expectantes te domine do-
minator sabahot ne deonestentur in me querentes te deus israel. [8] Quo-
niam propter te tuli inproperium coperuit confusio faciem meam.
[9] Extraneus factus sum fratribus meis et peregrinus filiis matris meae.
[10] Quoniam zelus domus tuae comedit me et inproperia inproperan-
tium ceciderunt super me. [11] Et fleba[m] [a] in ieiunio animam meam
et factus est inproperium michi. [12] Et dedit uestitum michi cilicium
et factus sum illis in parabolam. [13] Loquebantur contra me sedentes
in portis et psallebant bibentes uinum. [14] Et ego orabam ad te do-
mine tempore oportuno deus in multitudine misericordiae tuae exaudi
me in ueritate salutaris tui. [15] Libera me a luto et non infigar libera
ab odientibus me et a profundo aquarum. [16] Ne deprimat me im-
petus aquarum neque deuoret me pelagus neque contrahat super
me puteus os eius. [17] Exaudi me domine quoniam suabis misericor-
dia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice super
me. [18] Et ne auertas faciem tuam a famulo tuo quoniam tribulor do-
mine cito exaudi me. [19] Proxima ad te preces meas libera animam
meam propter inimicos meos redime me. [20] Tu cognouisti inprope-
ria mea et pudorem meum et confusionem [meam]. [21] In conspectu
tuo omnes tribulantes nos. Improperium expectauit anima mea et de-
speratus sum expectaui dolentem mecum et non fuit consolantem me
et non inueni. [22] E[t de]derunt [b] in cibo meo fel et in siti mea potaue-
runt me acetum. [23] Erit mensa eorum in conspectu eorum in laqueo
in retributione et in offensione. [24] Estabunt oculi eorum ne uiderent
et dorsum eorum frequenter incurba. [25] Effunde super eos iram tuam
et furor tuus iracunde conprehendat eos. [26] Fiat ager eorum deser-
tus et in tabernaculis eorum nemo sit inhabitans. [27] Quoniam quem
percussisti persecuti sunt super dolorem uulnerum meorum addide-
runt. [28] Adicies uanitatem super uanitatem eorum et non ingredia[n]-
tur [c] per iustitiam tuam. [29] Deleantur de libro uiuentium et cum iustis
minime scribantur. [30] Et ego pauper et egens salus mea deus suscepit
me. [31] Laudabo nomen dei mei [d] cum cantico magnificans laudes re-
gis. [32] Et placebit deo super uitulum iuuenem cornuantem et ungu-
latum. [33] Uidite inopes et iucundamini et requirite deum et uiuet cor
uestrum. [34] Quia exaudit ad pauperos dominus et uinctos non spernet.

Ps. LXVIII. — [a] *flebant* [b] *Ederunt* [c] *ingrediatur* [d] I. m. delevit *mei.*

35 Laudabunt eum caeli et terra et mare et omnia reptilia in ipsis.
36 Quia deus saluabit sion et aedificantur ciuitates iudeae. Habitabunt
ibi et possidebunt. 37 Et semen seruorum eius possidebit [eam] et di-
ligentes nomen tuum inhabitent in eam.

†

[Psalmus LXIX.]

2 Deus liberator meus dominus adiutorio meo festina. 3 Confunden-
tur et reuereantur querentes animam meam 4 reuertantur retror-
sum et reuereantur qui uolunt praua michi. Confundantur statim (p. 227)
confusi dicentes mihi euge euge. 5 Gaudebunt et letentur super te
omnes requirentes te et dicent adsidue magnificetur deus qui dili-
gunt salutare tuum. 6 Ego uero pauper et inops deus meus cito auxi-
lietur mihi et liberet me domine neque tardaueris.

[Psalmus LXX.]

1 In te [a] domine speraui non confundar in aeternum. 2 Per iustitiam
tuam salua me et redime me inclina ad me aurem tuam et salua
me. 3 Esto mihi in deum protectorem uenire sepe promisisti pro sa-
lute mea quoniam petra et refugium meum tu es. 4 Deus meus con-
serua me de manu impii de manu iniqui et facinerosi. 5 Quia tu to-
lerantia mea domine domine spes mea a iuuentute m[ea] [b]. 6 Super te
fundatus ex utero ab utero matris meae tu mihi redemptor in te
sufferentia mea semper. 7 Ut portentum uisus sum plurimis et tu spes
mea firmissima. 8 Impleatur os meum laudis tuae tota die magnalia
tua. 9 Ne proicias me in tempore senectutis in fine fortitudinis meae
non derelinquas me. 10 Quoniam dixerunt inimici mei mihi custodien-
tes animam meam cogitauerunt in idipsum. 11 Dicentes dereliquit eum
persequimini et conprehendit[e] [c] eum quoniam non est qui redimat.
12 Deus ne longinquas a me deus meus in adiutorium michi [festina].
13 Confundentur et reuereantur resistentes animae meae coperientur
inproperium et pudorem querentes a [d] me mala. 14 Ego autem semper
sperabo et adiciam super laudem tuam. 15 Os meum adnuntiet iustitias
tuas tota die salutarem tuum quia non cognoui litteras tuas. [e] 16 Introeam

Ps. LXX. — [a] *Int*ende [b] *a iuventutem* [c] *conprehendit* [d] I. m. expunxit *a* [e] lege, *litteraturas.*

in uirtutibus domini dei mei memorans iustitiam tuam solam 17 deus
meus docuisti me a iuuentute mea et usque nunc adnuntiabo mirabilia
tua. 18 Etenim usque in senectutem et canos deus meus ne derelin-
quas me. Donec adnuntiem brachium tuum generation[i] [e] uniuerse
uenturam uirtutem tuam. 19 Deus meus usque summo quanta fecisti
magnalia deus quis similis tibi? 20 Quanta et qualia ostendisti mihi
tribulationes multas et malas conuertens uiuifices nos et de profundis
terre conuertes produxisti me. 21 Multiplicans magnitudini tuae et con-
uersus consolasti me. 22 Etiam ego confitebor tibi in uasibus musi-
cis ueritatem tuam deus meus psallam tibi in cithara sanctus israel.
23 Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi et anima mea quam re-
demisti. 24 Etenim lingua mea tota die meditabit iustitiam tuam quia
confusi sunt quia dehonestantur querentes mala mihi.

[Psalmus LXXI.]

2 Deus iudicium tuum regi da. Et iustitiam tuam filio regis. Iudicare
populum tuum per iustitiam et egenos tuos in iudicandum. 3 Su-
scipiant montes pacem populo et colles iustitiam. 4 Iudicare inopes
populi et saluet filios pauperum humiliauit calumniatorem. 5 Et timor
tuus cum sole et coram luna in generatione generationum. 6 Descen-
dit ut imber super bellus et ut gutte stillantes super terram. 7 Orie-
tur diebus eius iustitia et abundantia pacis donec deficiat luna. 8 Et
dominetur a mari [a] usque maria et a flumine usque ad terminos
terre. 9 In conspectu eius procedent aethiopes et inimici eius puluer
lingent. 10 Regis tharsis et insole munera offerent reges arabum et
saba merces offerent 11 adorantes. Eum omnes reges terrae omnes
gentes seruiant ei. 12 Quoniam liberauit pauperem a potentiore et
inopem cui non erat adiutor illi. 13 Parcet super egenum et paupe-
rem et animas pauperas saluet. 14 A fenore iniquo redimet animas
eorum et pretiosus sanguis eorum ante oculos eius. 15 Et uiuet et
dabitur illi ex auro arabie et adorabunt pro eo semper omnibus
diebus laudabunt eum. 16 Erit firmamentum super terram a capite
montium exaltetur super libanum f[r]uctus [b] eius. Et florebunt a ciuitate

Ps. LXX. — [e] *generatione.*
Ps. LXXI. — [a] *a maria* [b] *fluctus.*

sicut fenum terrae. 17 Erit nomen eius in eternum ante sole perma-
nebit nomen eius. Et benedicentur in eo omnes gentes beabunt eum
18 Benedictus dominus deus deus israel qui facit mirabilia solus. 19 Et
benedictum nomen claritatis eius in eternum et inpleatur glorie eius
omnis terra amen fiat et fideliter amen.

†

[Psalmus LXXII *.]

1 QUAM bonus ad israel deus electis cordatim. 2 Mei autem pau-
lominus commoti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei.
3 Quoniam zelabi in[i]quis [a] pacem peccatorum uidens. 4 Quo-
niam non est requie[s] [b] morti eorum et diligentia uerberibus eorum. 5 In
laboribus hominum non sunt et cum hominibus non cohercebuntur. 6 Ideo
multa est superbia uestiebant auere *(sic)* iniquitates sibi. 7 Procedit ex
adipe oculus eorum transierunt sensum cordis. 8 Cogitantes etenim lo-
cuti sunt iniquitates in alto locuti sunt. 9 Posuerunt in caelum os suum
et lingua eorum transiit in terra. 10 Propterea conuertetur populus meus
huc usque et qui perfectus inuenietur in illis? 11 Et dixerunt quomodo
cognouit altissimus et est notitia in altissimo? 12 Ecce isti peccatores
et abundantes in aeternum possiderunt diuitias. 13 Numquid sine causa
iustificaui cor meum et lauaui in innocentibus palmas meas. 14 Et
factus sum uerueratus tota die et arguus meus in matutino. 15 Si
enim dicebam enarrabo sic ecce generatio filiorum tuorum. 16 Et co-
gitabam ut scirem hoc labor est [c] in conspectu meo. 17 Donec ingre-
diar ad sanctimonium altissimi intellegam in ultimis eorum. 18 Ad
quid in lapsum posuisti eos destruas in dissipatione. 19 Quomodo
facti sunt in perditione subito defecerunt. Perditi sunt propter iniqui-
tatem. 20 Sicut [s]omnium exurgentium dominator in ciuitate in ima-
ginem eorum spernens. 21 Quoniam bulliebat cor meum et renes mei
incitabantur. 22 Ego insipiens et parum cognoui 23 gregalis factus
sum populo tuo. Et ego adsidue tecum 24 tenuisti in manu dextere
tuae. In uoluntate diriges me et postea gloriose suscipies me. 25 Quid
meum in caelis et tecum quid non uolui super terram? 26 Defecit

Ps. LXXII. — * Littera Q pulcherrime depicta ad indicium distinctionis III Psalterii. — [a] *inebuis* [b] *requiem* [c] *labores est*

caro mea et cor meum. Deus meus cordis me[i] [c] et portio mea deus
in eternum. 27 Quoniam ecce a te longinquantes [d] peribunt [e] damnasti
omnes fornicantes a te. *

[Psalmus LXXIII.]

2 Congregationem quam possedisti a principio redemisti uirgam he-
reditatis tuae mons sion hoc quod habitasti in eo. 3 Exaltare
gressus tuos superbiis eorum inuicte multa iniquitas inimici super
sanctos. 4 Et gloriabantur tribulantes me in medio sollemnitatis posue-
runt signa eorum signa. 5 Notitiae ut ascensus susum in densitate li-
gni securibus. 6 Et nunc porte eius in idipsum in securi ascia et
dolatorio conciderunt. 7 Miserunt in igne sanctimonium tuum in terra
profanauerunt tabernaculum nominis tui [a]. 8 Dixerunt in cordibus suis
adfinitates eorum in idipsut comburemus omnes festiuitates altissimi in
terra. 9 Omina nostra non uidimus non est adhuc propheta nobiscum
sciens in aliquo. 10 Quousque deus meus inproperauit inimicus incitat
aduersarius nomen tuum in finem? 11 Ut quid auertis manus tuas et
dexteram tuam? de medio sinu tuo consume eos. 12 Et tu deus rex
noster ante saecula perficiens salutaria in medio terrae. 13 Tu sta-
bilisti in uirtute tua marem confregisti capita drachonum super
aquas. 14 Tu enim conteruisti capita draconis dedisti eum escam po-
pulo ethiopum. 15 Tu aperuisti fontem et torrentem tu enim exsic-
casti ethan. 16 Tua est dies etiam tua est nox tu enim perfecisti
luminaria et solem. 17 Tu formasti omnes montes terrae estatem et
uerna tu finxisti eam. 18 Memento huius inimico inproperante domine
et populus insipiens destraxit nomini tuo. 19 Ne tradideris bestiis
animam legitimorum tuorum uitam pauperem [b] ne obliuiscas in finem.
20 Inspice super testamentum quoniam repleta sunt de tenebrosis
terre opulenta iniquitatis. 21 Ne auertetur confusus pauper et egenus
laudantes nomen tuum. 22 Exurge deus meus discepta [c] causam meam
memento inproperia tua que sunt stulte omnibus diebus. 23 Ne
obliuiscas uocem tribulantium me superbia resistentium tibi ascen-
dens adsidue.

Ps. LXXII. — [c] *meae* [d] *at elonginquantes* [e] *speribunt.*
Ps. LXXIII. — * Notanda lacuna v. 28 Ps. 72 et vv. 1,2 Ps. 73. [a] *tuo.*
[b] I. m. corr. ex *pauperam* [c] *disceptam.*

†

[Psalmus LXXIV.]

2 Confitemur tibi deus confitemur inuocantes nomen tuum proferantur mirabilia tua. 3 Quoniam accepero spatium ego iustitias iudicabo. 4 Tabuit terra et omnes habitantes eam. Ego sum conpensator columnarum eius. † 5 Dixi impiis nolite inique agere et peccatores nolite exaltare cornum. 6 Neque leuetis in altum cornua uestra ne loquimini aduersus colla inique. 7 Quia neque ab oriente uel occidente neque a deserto montium 8 quoniam deus iudex est aliquotiens humiliat nonnumquam exaltat. 9 Quoniam calix in manu domini et uino ualido plenus temperatus et inclinabit ex aliquo donec feces eius uanescant et bibent omnes impii terrae. 10 Ego autem adnuntiabo in aeternum psalla[m] [a] ipso deo iacob. 11 Et omnia cornua peccatorum conteram exaltans cornua iustitiae.

†

[Psalmus LXXV.]

2 Notus in iudea deus in israel magnum nomen eius. 3 Et facta in pace [a] habitatio eius in sion. 4 Ibidem confregit potentatus arcuum scutum et frameam et prelium. 5 Timendus es tu sublimis super montes aeternales. 6 Conturbati sunt omnes cordati dormitauerunt somnum suum et non inuenerunt omnes uiri copiosi manibus suis. 7 Ab increpatione dei iacob hesierunt [b] ascendentes equos. 8 Tu terribilis es et qui resistet coram te? (p. 228) a potentia furoris tui? 9 De caelo iaculasti iudicium terra timuit et quieuit. 10 Resurgente in iudicio deo nostro saluare omnes quietos terrae. † 11 Quoniam anelitus hominis confitebitur tibi reliquie cogitationis sollemnitas tua. 12 Rogantes rogate et reddentes reddite domino deo nostro omnes in circuitu eius offerentes munera tibi altissime. 13 Interimenti [c] spiritum principum pro timore regum terrae.

Ps. LXXIV. — [a] *psallans.*
Ps. LXXV. — [a] *pacem.* [b] (?) *besierunt* [c] *Interimentis piritum.*

[Psalmus LXXVI.]

2 Uoce mea ad deum exclamaui meam uocem ad deum meum et
respexit me. 3 In die tribulationis dominantem me requisiui manus
mea [a] nocte destructa est et non quieui [r]ecusaui t[ ] [b] consolari anima
mea. 4 Memoratus sum dei et turbatus sum exercebar et scobebam
spiritum meum. † 5 Anteuenerunt custodiam oculi mei hesitabam et
nichil locutus sum. 6 Cogitabam dies a principio annos aeternitatis.
7 Commemoratus ignorantias meas nocte cum corde meo exercitabor
et dubitauit spiritum meum. 8 Ne forte in aeternum repellat dominator
et non adiciet accepto ferre adhuc. 9 Sine substantia in fine miseri-
cordia eius definiat dicta in generatione et generatione 10 obliuiscebat
misereri altissimus si detinebat [c] in furore humanitates suas. † 11 Et dixi
adinuentiones istas inmutabit dextere altissimi. 12 Memor sum per-
mutationes domini quoniam memini initio mirabilia tua. 13 Et medi-
tabor in omnibus operibus eius et in dispensationibus exercebor. 14 Deus
in sancto uiae tuae. Quis ut tu [d] altissimus magnus ut deus no-
ster. Tu potentissime faciens mirabilia 15 notum fecisti populo tuo
imperium tuum. 16 Redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob
et ioseph. 17 Uiderunt te aque deus uiderunt te aque et parturierunt
etenim timuerunt abyssi. 18 Excusse sunt aque nimbose uocem dede-
runt nubes etenim sagittae tuae perambulant. 19 Uox tonitrui tui
in rota inluminate sunt corruscae tuae orb[i] [f] terrarum torta est et
mota est terra. 20 In mari [uia] [g] tua et semite tue in aquis nimis et
uestigia tua non cognita sunt. 21 Deduxisti sicut oues populum tuum
in manu [moys[i] [h] et aaron.

Psalmus LXXVII.]

1 Inaurite populus meus legibus meis inclinate aures uestras uerbis
oris mei. 2 Aperiam in parabola os meum loquar propositiones
ab initio. 3 Quanta audiuimus et cognouimus et patres nostri narra-
uerunt nobis. 4 Non absconsum est a filiis eorum in generatione no-
uissima adnuntiantes laudes tuas et uirtutes eius et mirabilia eius

Ps LXXVI. — [a] *meas* [b] *pecusavi* [c] ex *detinebit* [d] *tua* [e] ex *sagittas* [f] *orbe* [g] *ira* [h] *moyse.*

quae fecit. 5 Et constituit testimonium in iacob et legem posuit in
israel. Quanta mandauit ipsis patribus nostris in[n]otescere[a] filiis eorum.
6 Ut ita sciat generatio nouissima filii generandi resurgentes et enar-
rabunt filiis eorum. 7 Et ponent super deum spem suam et ne obli-
uiscant adinuentiones eorum altissimi et mandata eius custodient. 8 Et
ne fierent sicuti patres eorum generatio declinans et ex[a]maricans[b]
generatio quae non parauit cor suum et non copulauit cum altissimo
spiritus eius. 9 Filii efraim intendentes et exaltantes arcum conuersi
sunt in diem prelii. 10 Et non custodierunt testamentum dei et in lege
eius rennuerunt dirigi. 11 Obliti sunt adinuentionum et mirabilium
dei quae monstrauit illis. 12 Coram patribus eorum fecit mirabilia in
terra egypti in campo taneos. 13 Disrupit mare et transtulit eos de-
dux[i]t[c] eos in aquis nimiis abunde. 14 Et deduxit eos in nube die-
bus omnibus ac noctibus in lumine ignis. 15 Aperuit petras in deserto
et potauit abysso nimia. 16 Et protulit aquam de petra et produ-
xit sicut torrentes aquas. 17 Et adicierunt rursum peccare in eum
contendere altissimo in deuiis. 18 Et temptauerunt altissimum in cor-
dibus suis petere escam animis suis. 19 Et dextraxerunt de deo suo
et dixerunt ne poterit altissimus parare mensam in deserto? 20 Ecce
percussit petram et fluxerunt aquae torrentes alluerunt numquid pa-
nem poterit dare aut parauit carnes populo suo? 21 Propterea exau-
diuit dominus et non distulit ignis succensa est in iacob etenim ira
ascendit super israel. 22 Quia non crediderunt in deo et non spera-
uerunt in salutari [s]uo[d]. 23 Mandauit nubibus desuper et ostia celi
aperuit. 24 Et pluuit super eos ma[n]na[e] escam et p[ane]m[f] celestem
dedit illis. 25 Panem angelorum manducauit homo cibaria[g] misit illis in
saturitatem. 26 Sustulit estatem in caelo et abduxit in potestate sua
africum. 27 Et pluit super eos ut puluerem carnis ut arena maris
uolatilia pinnata. 28 Et deposuit in medio castrorum [eorum] in cir-
cuitu tabernaculi. 29 Et manducauerunt in saturitate ualde et deside-
ria eorum attulit illis. 30 Non fraudati sunt concupiscentiae suae adhuc
esca eorum in ore eorum. 31 Et furor dei ascendit super eos et in-
terfecit in pinguis eorum et electos israel prostrauit. 32 In istis omni-
bus peccauerunt rursum et non crediderunt ad mirabiliis eius. 33 De-
fecerunt in uanitate dies eorum anni eorum festinanter. 34 Si enim

Ps. LXXVII. — [a] *inpotescere* [b] *exmaricans* [c] *deduxerunt* [d] *tuo* [e] *magna* [f] *potum*
[g] add. *cibaria*.

interitio in eis et querebant illum et auertebantur et manicabant al-
tissimo. 35 Et commemorati sunt quoniam deus est refugium eorum
et altissimus excelsus redemptor eorum. 36 Et diligebant eum in ore
eorum et lingua mentiabantur illi. 37 Cord[a] [h] autem [eorum] non fir-
mata sunt cum ipso neque crediderunt in testamento eius. 38 Set ipse
misericors indulgens iniquitates eorum et non corrumpet [eos] et
multiplicauit auertere furorem suum et non renouauit omnem iram
suam. 39 Et meminit quia caro sunt spiritus egrediens et non con-
uertens. 40 Quotiens amaricauerunt eum in deserto incitare [eum in]
inaquoso. 41 Et conuersi amaricauerunt altissimum et sanctum israel
incitabant. 42 Non meminerunt ipsa[m] manum eius die qua liberauit
eos de eadem tribulatione. [i] 43 Qui posuit in egypto mirabilia et signa
eius in campo taneos. 44 Et mutauit in sanguine flumina eorum et
cisternas ne possint bibere. 45 Inmisit super eos cynomian et come-
dit eos et ranas corruptionem eorum locustae. 47 Occidit in grandine
sarmenta eorum et celsas in [g]elicidio [l]. 48 Et tradidit grandini iumenta
eorum et substantiam [eorum] igni. 49 Inmisit illis iram furoris eius
m[i]nas [m] et poenas et angustias missas per angelos prauos. 50 Fecit
iter furori suo et non pepercit a morte animarum [eorum] et pecora
eorum interitu [n] conclusit. 51 Et percussit omne primogenitum in aegy-
pto primitias laborum in tabernaculis [cham.] [o] 52 Et transuexit ut oues
populum suum deducens eos ut gregem in deserto. 53 Deduxit eos
in fiducia et sine trepidatione atque inimicos eorum coperuit maris.
54 Et tacuit in monte sanctimonii [p] sui mons hoc quod possedit de-
xtera eius. Et eiecit a faciae eorum gentes et legauit illis in hora he-
reditatis 55 et inhabitabit in tabernaculis eorum tribus israel. 56 Et tem-
ptauerunt et amaricauerunt ipsum deum nostrum altissimum testimonia
eius non custodierunt. 57 Et conuersi preuaricauerunt sicuti patres
eorum conuersi in arcum peruersum. 58 Et incitauerunt in collibus
suis et in sculptilibus zelo prouocarunt. 59 Audiuit deus et iratus est
et abominatus est ualde ipsum israel. 60 Reppulit tabernaculum [silo
tabernaculum] quo habitabit in hominibus. 61 Et tradidit in captiuita-
tem fortitudinem eorum et gloriam in manibus inimici. 62 Conclusit
in framea populum suum hereditatem eius iratus est. 63 Iuuenes co-

[h] *corde* [i] *tribulationem* [l] *caeli cidio* [m] *moenas* [n] *eorum eorum interitus eorum* quam vocem corr. m. delevit [o] *eorum* [p] I. m. corr. ex *sanctissimonii.*

medit ignis et uirgines eorum non lamentate sunt. 64 Sacerdotes
eorum in gladio ceciderunt et uidue eorum non plorabuntur. 65 Et
exurrexit sicut somniatus dominus ut potens et soporatus a uino. 66 Et
percussit tribulantes eum in retrorsum inproperium sempiternum de-
dit illis. 67 Et repulit tabernaculum ioseph et tribum ephraim non
elegit. 68 Et elegit sibi tribum iuda et mons sion quod dilexit. 69 Edi-
ficauit sicut altitudines sanctimonium suum sicut terram fundauit eam
in aeternum. 70 Et elegit dauid seruum suum et recepit eum a gre-
gibus ouium. Retrorsum generantium suscepit eum 71 regere iacob
populum suum et israel hereditatem suam. 72 Et parauit eos in sem-
plicitate cordis eius et intellectum manum eius deduxit.

[Psalmus LXXVIII.]

1 Deus uenerunt gentes in hereditati tuae inquinauerunt cum tem-
plo sancto tuo posuerunt ipsam ierusalem pomarum custodiam.
2 Dederunt mortalia seruorum tuorum escam uolatilibus caeli carnes
iustorum tuorum bestiis terrae. 3 Effuderunt [a] sanguinem eorum sicut
aqua in circuitu ierusalem et non erat sepeliens. 4 Facti sumus in-
properium uicinis nostris subsannatio et nudatio his qui in circuitu no-
stro sunt. 5 Usquequo domine irasceris in finem exardescit sicut ignis
zelus tuus? 6 Effunde iram tuam super gentes quae non cognoscunt
te et super regimonia quae nomen tuum minime inuocauerunt. 7 Quo-
niam comederunt iacob et decorem desolauerunt. 8 Ne memineris no-
strae iniquitatis antiquis adcel[era]re [b] preueniant nos miserationes tuae
quoniam inpauperauimus ualde. 9 Auxiliare nobis deus salus nostra
propter uerbum glorie nominis tui libera nos et propitius esto pec-
catis nostris propter nomen tuum. 10 Nequando dicant gentes ubi est
deus eorum? notescat gentibus coram illis uindica [c] sanguinis seruo-
rum tuorum qui effusus est. 11 Introeat in conspectu tuo gemitus com-
peditorum secundum magnitudinem brachii tui abundare filios mor-
tuorum. 12 Et redde uicinis nostris septies tantum superum hos [d] eo-
rum inproperium quod inproperauerunt te domine. 13 Nos autem
populus tuus et oues pascuae tuae confitebimur tibi in aeternum in
generatione enarremus hymnum tuum.

Ps. LXXVIII. — [a] ex *effuuerun* [b] *adcelarere* [c] forte legendum, *vindicta*. [d] forte leg. *in sinu.*

[Psalmus LXXIX.]

2 Qui regis israel respice qui dirigis sicut oues ioseph qui sedis su-
per cherubin fiduciare. 3 Coram effraim et beniamin et manasse
extollere etiam uirtutem tuam et ueni in salute nostra 4 Deus con-
uerte nos et illumina uultum tuum et saluabimur. 5 Domine deus mili-
tiarum tuarum quousque irasceris in oratione populi tui? 6 Cibasti
nos panem lacrimarum et potasti nos in lacrimis in mensura. 7 Po-
suisti nos contemptione uicinis nostris et inimici nostri subsanna-
uerunt nos. 8 Deus uirtutum conuerte nos et inlumina uultum tuum
et saluabimur. 9 Uineam ex egypto transtulisti produxisti nos gentes
et (p. 329) plantasti eam. 10 [Iter] [a] fecisti in conspectu eius plantasti radi-
ces eius et conpleuit terram. 11 Cooperuit montes umbra [b] eius et sar-
menta eius cedros altissimi. 12 Extendit densitas eius usque ad mare
et in fluminibus termina [c] eius. 13 Ut quid deiecisti macheriem eius et
uindimiarunt eam omnes transeuntes uiam? 14 Dissipauit eam sus de
silua et uuertas agri regit eam. 15 Deus uirtutum conuertere cerne
de caelo et uide et uisita uineam hanc. 16 Et arborem quod planta-
uit dextera tua et super filium quem solidasti tibimetipso. 17 Concre-
mata in igne et effossa [d] ab increpatione uultus tui pereant. 18 Fieri
manum tuam super uirum tuum dexterae tuae et super filium hominis
quem firmasti tibi. 19 Et non recedamus a te uiuifica nos et nomen
tuum inuocabimus. 20 Domine deus uirtutum conuerte nos et inlumina
uultum tuum et salui erimus.

[Psalmus LXXX.]

2 Laudate deo nostro adiutori nostro iuuila[t]e [a] deo iacob. 3 Tollite
psalmum et date tympanum psalterium pulchrum cum cithara.
4 Tubicinate in menstruis cornibus festiua die sollemnitatis. 5 Quo-
niam preceptum ad israel et iudicium deo iacob. 6 Testimonium in
ioseph posuit ei cum exirent de terra egypti linguam quam non
sciebat audiuit. 7 Amouit a uexatione [b] dorsum eius manus eius a

Ps. LXXIX. — [a] *Interficisti* [b] ex *umbre* [c] forte leg. *germina* [d] *effossam.*
Ps. LXXX. — [a] *iuvilare* [b] *vexationem*

cophino transierunt. 8 In tribulatione inuocasti me et liberaui te ex-
audiui te in absconso tonitrui probaui te super aquas contradictionis.
† 9 Audi populus meus et contestor tibi israel si enim audieris me.
10 Non erit in te altissimus alienus neque adorabis deo alien[o] [b]. 11 Ego
enim sum dominus deus tuus qui produxi te a terra egypti dilata os tuum
et implebo illut. 12 Et non exaudiuit populus meus uocis meae et
israel non uoluit me. 13 Et misi eos in difficultate cordis eorum am-
bulabunt in adinuentionibus suis. 14 Utinam populus meus audiret me
israel uiis meis ambulasset. 15 Quotiens inimicos eorum humiliabi et
super tribulantes eos conuertam manum meam. 16 Exodiuit dominus
negantes eum et erit tempus eorum in saeculo. 17 Et cibauit eos ex
adipe frumenti et de petra melle satiauit te.

[Psalmus LXXXI.]

1 Deus noster stetit in concilio altissim[i] [a] in medio deorum diiudicat.
2 Quousque iudicatis iniquitatem et personas impiorum accipitis?
† 3 Iudicate paupero et pupillo inopem et egenum iustificate. 4 Libe-
rantes pauperem et destitutum de manu peccatoris liberate. 5 Non
cognouerunt neque perceperunt in tenebrosis perambulantes errant
omnibus fundamentis terrae. 6 Ego dixi dii estis et fili ascensionis
omnes uos. 7 Nempe sicut adam moriemini et sicut unus de princi-
pum cadentes. 8 Exurge deus noster iudica terram quia tu heredi-
tabis in omnibus gentibus.

[Psalmus LXXXII.]

2 Deus meus ne conticueris tibi neque sillueris neque ommutues al-
tissime. 3 Quoniam ecce inimici tui sonauerunt et odientes te
tulerunt caput. 4 Contra populum tuum astute cogitauerunt consiliati
sunt super absconsa tua. 5 Dicentes uenite dissipemus eos a genti-
bus et non memorabitur nomen israel adhuc. 6 Quoniam cogitati sunt
corde in idipsut [a] contra te testamentum transigere. 7 Tabernacula idu-

Pr. LXXX. — [b] *aliene.*

Ps. LXXXI. — [a] *altissimus.*

Ps. LXXXII. — [a] *midiput* (sic) I. m. delevit lineolam abbreviationis superpositam.

meorum et hismaelitae moab et aggarenses. 8 Gebal [b] et ammon
et amalech et allofilicum habitantibus pressura. 9 Etenim assyr co-
pulatus est cum ipsis facti sunt brachia filiis loth. ┼ 10 Fac illis secun-
dum madian secundum sisara secundum iabin in torrente cison.
11 Exterguntur in oculo generationis facti sunt stercora terrae. 12 Pone
eos spontaneos sicut oreb et secundum zebet zebeae et salmana omnes
principes. 13 Eorum qui dixerunt possideamus nobismethipsis cum
sanctimonio dei nostri. 14 Deus meus pone eos ut rotam ut stipulum
in facie uenti. 15 Ut ignis comburentis siluam ut incendium consumere
montes. 16 Sic persequere eos in procella tua et in nimbo tuo contur-
bes eos. 17 Imple facies [c] eorum confusionem et requirant nomen tuum
domine. 18 Confundantur et castigentur in aeternum et reuereantur
et perient. 19 Et cognoscent quoniam tibi nomen dominus solus tu
altissimus super omnem terram.

[Psalmus LXXXIII.]

Quam dilectissima tabernacula tua domine uirtutum! 3 Concupiuit
et deficit anima mea in atriis domini cor meum et caro mea
exulta[ue]re [a] super altissimum uiuum. 4 Etenim aucella inuenit domum
et turtur nidum sibi ut ponat pullos suos cum altariis tuis domine uirtu-
tum rex meus et deus meus. 5 Beati habitantes domum tuam [b] in saecula
laudabunt te. ┼ 6 Beatus populus cuius uirtus illi in te praesumens in
corde suo. 7 Transierunt in ualle lacrimarum fontem [c] ordinabunt 8 ete-
nim benedictiones bestietur conpensatior. Ambulabunt ex uirtute in
uirtute apparebit altissimus deus noster in sion. 9 Domine deus po-
testatum exaudi orationis meae inaurire deus iacob. ┼ 10 Protectio no-
stra uide deus et inluminanter ostende uultum christi tui. 11 Quo-
niam melior dies domus tuae super milia elegi congregari in domum
dei mei a generatione quam inhabitantium impietatis. 12 Quoniam
sol et protectio domini deus nobis gratiam et gloriam dabit. 13 Do-
minus non fraudauit bona ambulantes innocenter. Domine uirtutum
beatus homo confidens in te.

Ps. LXXXII. — [b] *geibal* corr. expunxit *i* [c] *faciens*.
Ps. LXXXIII. — [a] *exultare* [b] ex *tuum*. [c] *lac* ab ead. m. deletum.

[Psalmus LXXXIV.]

2 BENEPLACUISTI domine terram tuam conuertisti captiuitatem iacob.
3 Tulisti iniquitates populi tui teguisti omnes nequitias eorum.
4 Congregasti omnem iram tuam auertisti a furore irae tuae. 5 Con-
uerte nos deus [a] salutarium nostrorum et infirma bilem tuam nobiscum.
6 Neue semper irasceris nobis extendis uilem tuam in generatione et
generatione? 7 Utique conuertens uiuifices nos et populus meus gau-
debit in te. 8 Ostende nobis domine misericordiam tuam [b] et salutare
tuum da nobis. 9 Audire fac me quidquid loquetur altissimus domi-
nus quoniam loquetur pacem super populum suum et super sanctos
eius et non conuertentur infirmari. 10 Tamen prope timentibus eum
salutare eius dedicare gloria in terra nostra. 11 Misericordia et ue-
ritas obuiauerunt iustitia et pax osculentur. 12 Ueritas a terra orta
est et iustitia de caelo respexit. 13 Etenim dominus dabit bonitatem
et terra nostra dabit fructum suum. 14 Iustitia in conspectu eius am-
bulabit et constituet in profectione gressus suos.

[Psalmus LXXXV.]

1 INCLINA domine aurem tuam et exaudi me quoniam egenus et pau-
per ego sum. 2 Conserua animam meam quoniam misericors sum
salua [a] famulum tuum tu tibi deus meus sperantem ad te. 3 Indulge
domine quando ad te exclamabo tota die. 4 Iucunda animam serui
tui quoniam ad te domine animam meam tuli. 5 Quia tu domine bo-
nus et propitius et multa tibi misericordia omnibus inuocantibus [te].
6 Inaurire domine orationes meas intende uoci orationis meae. 7 In
die tribulationis inuocaui quoniam exaudisti me. 8 Non est similis tibi
in diis domine et non est aliut secundum facturam tuam. 9 Omnes
gentes quas fecisti uenient et adorabunt te in conspectu tuo domine
glorificantes nomen tuum. 10 Quoniam magnus es tu et faciens mira-
bilia tu es deus unicus. 11 Illumina domine in itinere tuo ambulare
ueritati tuae adunare cor meum in timore nominis tui. 15 Et tu do-

Ps. LXXXIV. — [a] ex *de*um [b] add. iterum *tuam*.
Ps. LXXXV. — [a] ex *salv*um.

mine altissime misericors et miserator longanimus et multum mise-
ricors et uerus. 16 Respice et miserere mei da imperium tuum seruo
tuo et salua filium ancillae tuae. 17 Fac mecum signum in bonum et
uidebunt odientes me et confundentur quoniam tu domine auxiliasti
me et consiliasti me.

[Psalmus LXXXVI.

1 Fundamenta eius in montibus sanctis. 2 Diligit dominus portas sion
super omnia tabernacula iacob. 3 Gloriosa loquuntur in te ciuitas
dei. † 4 Conmonentes [a] famem et confusionem scientes te ecce allophili
et tyrus cum aethiopis ipsi facti sunt nomen. 5 Et ad syon [b] dicetur
uir et uir natus est in ea et ipse parauit ei as[c]ensionem [c]. 6 Dominus
enarrauit in scriptura populorum ipse natus est ibi in ea. † 7 Et prin-
cipes per choros omnes contemplabunt in te. *

[Psalmus LXXXVII.]

Domine deus salutis meae die exclamaui in nocte in conspectu tuo.
3 Introeat in coram te deprecatio mea inclina aurem tuam ora-
tioni meae. 4 Quoniam impleta est malitiarum anima mea et uita mea
inferno peruenit. 5 Estimatus sum cum descendentibus lacum factus
sum ut homo sine auxilio. 6 In mortuis securus sicut uulnerati dor-
mientes in sepulcro quorum non est memoria rursum et sunt de manu
tua abscisi sunt. 7 Posuerunt me in lacum interitus in tenebris coo-
peruerunt. 8 Super me grauat[us] [a] est furor tuus et omnes contritiones
tuas humiliasti. † 9 Longinquasti cognitos meos a me posuisti me abomi-
nationem illis tradita et non exiens. 10 Oculi mei infirmati sunt de humi-
litate inuocaui te domine in om... 11 ... mortuis facies mirabilia aut g[*i-
gantes*] ... † 12 aut enarrabitur in s[*epulcro*] ... 13 ... Aut cognoscentur
in tenebr[is] ... [*ob*]lita. 14 Et ego ad te domine clama[... 15 ... domine
repellis animam meam auertis ... 16 ... et in doloribus a iuuentute
ex[... 17 ... transierunt irae tuae et timores tui te[... 18 ... tota die
tenuerunt me ... 19 Longe [*fecisti*] ... mihi subtraxisti.

Ps. LXXXVI. — [a] ex *commonentes*. [b] ex *sion* [c] *assensionem*.

Ps. LXXXVII. — * Lacunae quae in hoc loco occurrunt debentur vandalicae manui quae forcipe litteram initialem furavit. [a] *gravata*.

[Psalmus LXXXVIII.]

[2] Misericordiae tuae domine in eternum... tione adnuntiabo...
[3] ... in aeternum misericordia edif... ipsis. [4] Disposui testamen-
tum ... [5] Usque in aeternum parabo semen ...... (p. 230) tuum. † [6] Con-
fiteantur [a] caeli mirabilia tua domine etenim fidem tuam in ecclesia
sanctorum. [7] Quia quis in nubibus adequabitur in filiis altissimus? [8] Glo-
riosus in concilio sanctorum magnus et orrendus super omnes circueun-
tes eum. [9] Domine deus uirtutum quis similis tibi? [9] potens es deus sem-
per et fides tua in circuitu [tuo]. [10] Tu dominaris in uirtute maris aestu-
antibus f[l]uctibus[b] eius tu tranquillas. [11] Tu enim humiliasti ut uulneratos
superuos in brachio uirtutis tuae disparsisti inimicos tuos. [12] Tui sunt
caeli et tua est terra orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti.
[13] Aquilonem et maria tu creasti thabor et hermon nomini tuo exulta-
bunt. [14] Tibi brachium cum potentatu firmetur [c] manus tua exal-
tetur dextera tua. [15] Iustitia et iudicium paratura throni tui miseri-
cordia et ueritas anteibunt uultum tuum. [16] Beatus populus cognoscens
iubilatum domine in lumine uultus tui ambulabunt. [17] Et in nomine
tuo exultabunt tota die et per iustitiam tuam exaltentur. [18] Quo-
niam gloria uirtutis eorum tu es et in beneplacitis tuis exaltabitur
cornu nostrum. [19] Quoniam a domino susceptio nostra et sancto
israel regi nostro. [20] Tunc locutus es in uisu sanctis tuis et dixisti.
Posui adiutorium super potentem et exaltaui electum de populo. [21] In-
ueni dauid famulum meum in oleo sancto meo unxi. [22] Diuitias ma-
num mearum paraui cum ipso etenim brachia mea confortauit eum.
[23] Ne proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non humiliauit eum.
[24] Et confringam a facie eius tribulantes eum et odientes eum coa-
[x]abo [d]. [25] Et fides mea et misericordia mea cum ipso in nomine meo
exaltetur [e] cornum eius. [26] Et ponam in mari manus eius et in flumine
dexteram eius. [27] Ipse inuocauit me pater meus es tu altissimus meus
et fortitudo salutis meae. [28] Etenim ego primogenitum dabo eum sum-
mum regibus terrae. [29] In saecula custodiam illi misericordiam meam
et testamentum meum fidele ipso. [30] Et [f] constituam iterum semen eius
et sedem eius ut dies caelorum. [31] Si enim derelinquerint fili eius le-

Ps. LXXXVIII. — [a] ex *convertentur* [b] *fructibus* [c] *formetur* [d] *coassabo* [e] *exaltentur* [f] *custodiam* I. m. delevit.

gem meam et iudiciis meis non proficient 32 nisi precepta mea pro-
fanabunt et mandata mea non custodient. 33 Et uisitabo in uirga im-
pietates eorum et in flagellis iniquitates eorum. 34 Set misericordiam
meam non separabo ab eo et non mentiar in fide mea. 35 Nec propha-
nabo testamentum meum et prolata labiorum meorum non inmutabo.
36 Semel iuraui sancto meo si dauid mentiar. 37 Semen eius in eternum
erit 38 et thronus eius sicut sol coram me. Et luna parabitur in sae-
cula et testis in caelo fidelis. † 39 Et tu reppulisti et spreuisti distulisti
cum christo tuo. 40 Arcanuisti testamentum serui tui profanasti in
terra sanctimonium. 41 Dissipasti omnes macerias eius posuisti firma-
mentum eius trepidationem. 42 Rapuerunt eum omnes transeuntes
uiam factus est inproperium uicinis nostris. 43 Exaltasti dexteram tri-
bulantium eius iucundasti omnes inimicos eius. 44 Etenim auertisti fir-
mamentum gladii eius et non suscepisti eum in prelio. 45 Destruxisti a
mundis sedem eius in terra adlentasti. 46 Minorasti dies iuuentutis eius
effudisti super eum confusionem. † 47 Usquequo domine auertis in finem
exardescit sicut ignis furor tuus. 48 Memento mihi quid terrenis aliquid
frustra creasti omnes filios hominum. 49 Quis homo qui uiuet et non
uidebit mortem redimet animam meam de manu inferorum? † 50 Ubi
sunt misericordiae tuae antique domine [quas] iurasti dauid in fide
tua? 51 Memor esto domine inproperii seruorum tuorum quae sustinui
in senu multarum gentium. 52 Inproperia inimicorum tuorum domine
inproperia inmutationum christi tui. 53 Benedictus dominus in sae-
cula ame[n] [b] fideliter.

†

[Psalmus LXXXIX *.]

1 DOMI]NE refugium factus es a generati[o]ne nobis et generatione.
2 Antequam montes nascerentur et parturient terram et orbem
terrarum a saeculo et usque in saecula tu es. [Al]tissimus. 3
Conuertimini homi[n]es usquequaque dicens conuertimini [fi]li hominum.
4 Quoniam mille [an]ni ante oculos tuos sicut dies esterna que transiuit
et custodia in [n]octurno. 5 Spretio eorum bini an--erunt in diluculo ut

Ps. LXXXVIII. — [b] *ame.*

Ps. LXXXIX. — * Hic quoque nonnullae lacunae ut in Ps. praecedenti ob membr. scissam quas supplemus.

paulum tran[s]eat. 6 Diluculo orietur et transiet [u]espere decidet et
arescet. 7 Quoniam defecimus in ira tua et in uile tua turbati sumus.
8 Posuisti iniquitates nostras coram te aetatem nostram speculare uul-
tum tuum. 9 Quoniam dies nostri defecerunt in furore tuo consummati
sumus anni nostri ut araneae meditatio. 10 Dies annorum nostrorum in
ipsis septuaginta anni si autem in potentatu octoginta anni et resi-
dua eorum dolor et inanitas quia transitus repentinus et euolatio.
11 Quis cognouit potentatum irae tuae et a timore tuo minas tuas?
12 Adnumerositatis [a] dierum nostrorum ita cognoscere et feramus in
corde sapientiam. 13 Conuertere domine usquequo et deprecare super
seruos tuos. 14 Impleti sumus mane misericordiam tuam et exultati
sumus et gauisi in omnibus diebus nostris. 15 Exhilara nos pro diebus
humilitatis nostrae annos [b] uidimus praua. 16 Inspicietur super seruos
tuos opera tua et decor tuus super filios eorum. 17 Et erit suauitas
domini dei nostri super nos et opera manum nostrarum prepara
n nos et opus manum nostrarum confirma nobis.

[Psalmus XC.]

1 Sedentem in auxilio altissimi [a] in tegumento idonei commorabitur.
2 Dicens domino supsceptor meus es tu et columen meum dei mei
speraui super eum. 3 Quoniam ipse liberat te a muscipula uenantium
a sermone turbulento. 4 In scapulis eius obumbrabit tibi sub alas au-
tem eius sperabis 5 scuto te circumdabit ueritas eius. Non timebis a
metu nocturno 6 a sagitta ambulante per diem a peste tenebrose
iente. A morsu contingente meridiae. 7 Cade[n]t [b] a latere tuo milia et
decem milia a dextera tua ad te autem non adpropinquent. 8 Tamen
oculis tuis uidebis et retributioni peccatorum inspicies. 9 Quoniam
tu domine spes mea altissimum posuisti refugium tuum. 10 Non ac-
cedent ad te mala et flagella non adpropinquauit tabernaculo tuo.
11 Quoniam angelis suis mandauit de te custodire te in omnibus uiis
tuis. 12 Super manus leuabunt te nequando offendas in lapidem pe-
dem tuum. 13 Super leam et basiliscum calcabis leonem et draco-
nem. 14 Quoniam in me sperauit et liberabo [d] eum et caelabo eum

Ps. LXXXIX. — [a] ex *adnumerositas*. [b] forte addendum *quibus*.
Ps. XC. — [a] ex *altissimo* [b] *cadet* [c] *inspiciens* [d] ex *libera*.

quoniam cognouit nomen meum. 15 Clamabit et exaudiam eum cum
eo sum ego semper in tribulatione [e]. Redimo eum et clarificabo eum.
16 Longitudini dierum satiabo eum et ostendam illi salutarem meum.

[Psalmus XCI.]

2 Bonum confessio domino et psallere nomini tuo altissime. 3 Ut an-
nuntietur mane misericordia tua et ueritas tua per noctes. 4 In
decachordo psalterio cum cantico in cithara. 5 Quoniam letasti me
domine in factura tua et in operibus manuum tuarum exultabo.
6 Quam magnificata sunt opera tua domine nimium exaltate sunt cogi-
tationis tuae. 7 Uir insipiens et nil sciens et inprudens non intel-
leget ista. 8 Inflorientes peccatores similitudo herbe et leuati sunt
omnes operantes inanitatem exterminantur [a] adhuc et adhuc. 9 Et tu
excelsus in aeternum domine. 10 Quoniam ecce tales inimici tui do-
mine quando huiusmodi inimici tui peribunt dispergentur [b] omnes ope-
rantes inania. 11 Et exaltabitur ut unicornis cornum meum et sene-
ctus mea in oleo pingui. 12 Et inspexit oculus meus in aduersariis
meis et resurgentibus super me malitiis audiet aures mea. 13 Iustus
ut palma floriet ut cedrus in libano abundans. 14 Transplantata in
domo domini in atriis dei nostri f[r]ugiferant [c]. 15 Iterum germinabunt
in senectute pingui et deliciantes erunt. 16 Annuntiantes quoniam
rectus dominus deus noster et non est iniquitas in eum.

[Psalmus XCII.]

1 Dominus regnauit gloriam induit uestitus est dominus uirtutem et
cinctus est. Etenim stabiliuit orbem terrarum sine uacillatione.
2 Paratus thronus tuus ab initio seculi tu es. 3 Tulerunt flumina do-
mine tulerunt flumina uocem suam tulerunt flumina superbias suas.
4 A uoce aquarum nimium mirabiles suspensationes maris egregius
in altissimis domine. 5 Testimonia tua fidelia facta sunt nimis templo
tuo decet sanctimonium domine in longitudine dierum.

Ps. XC. — [e] *tribulationem.*
Ps. XCI. — [a] Im. cor. *exterminentur* [b] vel *dispargentur* [c] *fugiferant.*

[Psalmus XCIII.]

1 Altissimus defensionum dominus altissimus ultionum inluminabit
2 exaltare iudicans terram redde retributionem contra superbos.
3 Usquequo peccatores domine usquequo peccatores extollentur? 4 Ia-
ctabunt et loquentur transpositum garrulabunt omnes operantes sine
causa. 5 Populum meum humiliarunt et hereditatem tuam deprauan-
tes. 6 Uiduam et aduenam interficiebant et pupillos interimerunt
7 Dixerunt non inspiciet neque sentiet deus iacob. 8 Intellegite insi-
pientes in populum et stulti aliquando sapite. 9 Qui plantauit aurem
non exaudit aut formans oculum non considerat? 10 Et tu dominus
gentis non arguit docens hominem scientiam? 11 Dominus cognoscet
mentes hominum quoniam sunt uane. 12 Beatus uir quem erudies tu
domine et de lege tua instruas eum. 13 Mitescere illi a diebus pra-
uis donec effodietur (p. 231) peccatori fossa. 14 Quoniam non repellet
dominus populum suum et hereditatem suam non derelinquet. 15 Quo-
niam adhuc iustitiam conuertetur iudicio et postmodum omnes recti
beati corde 16 Quis stetit mihi cum maliuolis et quis resistet michi
properantibus iniquitatem? 17 Nisi dominus auxiliatus est mihi pau-
lominus habitauit ad inferos anima mea. 18 Si dicebam motus est pes
meus misericordia tua domine confortabat me. 19 Secundum dolores
meos in corde meo consolationes tuae delectabant animam meam.
20 Ne adequetur tibi thronus iniquitatis formans dolorem super prece-
ptum. 21 Ligabuntur contra animam iusti et sanguine[m] innocente[m] [a]
damnabunt. 22 Et factus est dominus mihi in refugium et deus meus
in spem salutis meae. 23 Et conuertat super eos omnes iniquitates
eorum et malitiam eorum damnabit damnabis eos domine deus
noster.

[Psalmus XCIV.]

1 Uenite exultemus domino iuuilemus fortissimo salutis nostrae. 2 An-
teuenire faciem eius in laudem in psalmis exultemus illi. 3 Quo-
niam fortis altissimus dominus et rex magnus super omnes deos. 4 Quo-
niam in dextera eius inuestigationes terrae et altitudines montium

Ps. XCIII. — [a] *sanguine innocente.*

ipsius sunt. 5 Quoniam ipsius est maris et plenitudo eius et aridam
ipsam manus eius finxerunt [a]. 6 Uenite adoremus procidamus [b] et fle-
ctamus genua ante dominum qui fecit nos. 7 Quoniam ipse est deus
noster et nos populus gregis eius et oues manus eius 8 odie si uo-
cem eius audieritis. Ne induretis corda uestra 9 ut in contemptione
in die temptationis in deserto. Cum temptauerunt patres uestri tem-
ptantes etenim uiderunt opus meum. 10 Quadraginta annos displicuit
generationi et dixi populus uacans corde sunt 11 ipsi non scierunt
uias meas. Quibus iuraui in ira mea si ingrediantur in requie mea

[Psalmus XCV.]

1 Cantate domino canticum nouum cantate domino omnis terra.
2 Cantate domino et benedicite nomen eius euangelizantes diem
in die salutare eius. 3 Narrantes gentibus gloriam eius omnibus gen-
tibus gloriam eius omnibus gentibus mirabilia eius. 4 Quoniam magnus
dominus et laudabilis nimis metuendus est super omnes deos. 5 Quo-
niam omnes dii gentium inanes sed dominus caelos fecit. 6 Confes-
sio et claritas in conspectu eius uirtus et claritas in sanctimonio eius.
7 Afferte domino adfinitates populorum afferte domino gloriam et
uirtutem. Afferte domino gloriam nomini eius 8 accipite oblatio-
nem et ingredimini in atriis eius. Adorantes dominum in decore sancto
eius 9 parturiet a facie eius omnis terra. Dicite in gentibus dominus
regnauit. 10 Etenim constituit orbem terrarum sine commotione iudi-
cans populos per iustitiam. 11 Iucundentur caeli et exultetur terra
sonauit mare et plenitudo eius. Laetabuntur campi et omnia que in
ipsis 12 tunc exlaudabunt omnia ligna [a] siluae. Coram domino quoniam
uenit quia uenturus est iudicare terram iudicare orbem terrarum per
iustitiam et populos in ueritate sua.

[Psalmus XCVI.]

1 Dominus regnauit exultetur terra delectentur insole multae. 2 Ne-
bula et caligo in circuitu eius iustitia [a] et iudicium paratur thro-
no eius. 3 Ignis ante eum ambulat conburet in circuitu inimicos

Ps. XCIV. — [a] *fixerunt* [b] *procedamus*.
Ps. XCV. — [a] ex *ligne*.
Ps. XCVI — [a] ex *iustitiam*.

eius. 4 Illuminauerunt corruscationes tuae orbem terrarum uidit et
mota est terra. 5 Montes ut cera liquerunt a facie domini a facie
dominatoris totius terrae. 6 Adnuntiauerunt caeli iustitiam eius et
uiderunt omnes populi gloriam eius. 7 Confundentur omnes colentes
sculptilibus gloriantes in uanitate adorate illi omnes dii. 8 Audiuit et
iucundat[a] [a] sit sion et exultatae sunt filiae iudeae propter iudicia
tua domine. 9 Quoniam tu domine altissimus super omnem terram
ualde leuatus es super omnes deos. 10 Diligentes dominum oderunt
prauitates custodi[t] [b] animas sanctorum eius de manu impiorum li-
berabit eos. 11 Lumen exortum est iustitiae et rectis corde delecta-
tio. 12 Gaudebunt iusti in domino et confiteantur memoriae sanctitatis
eius.

[Psalmus XCVII.]

1 Cantate domino canticum nouum quoniam mirabilia fecit. Salua-
uit sibi dextera eius et brachium sancto eius. 2 Notum fecit
dominus salutare eius in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.
3 Rememoratus est misericordiae suae et ueritatis suae ad domum
israel. 4 Uiderunt omnes termini terre **cum** salutare dei nostri
cum salutare. Iuuilate domino omnis terra et laudate et psallite.
5 Psallite domino in cithara in uoce meli. 6 Per tubas [a] uoce cor-
nue tubae iubilate in conspectu regis domini. 7 Sonet maris et
plenitudo eius orbis terrarum et habitantes in eum. 8 Flumina
plaudent manibus in uno montes laudabunt. 9 In conspectu domini
quoniam ueniet iudicare [b] orbem terrarum per iustitiam et popu-
los in iustitia.

[Psalmus XCVIII.]

1 Dominus regnauit irascentur populi sedens super cherubin mouea-
tur terra. 2 Dominus in sion magnus et sublimis est ipse su-
per omnes populos. 3 Confitentur nomini tuo magno et metuendo
sancte est. Et uirtus regis iudicium diligit 4 tu parasti equitates iu-
dicium et iustitiam in iacob tu fecisti. 5 Exaltare dominum deum
nostrum et adorate scabello pedum eius quoniam sanctus est. 6 Mo-

Ps. XCVI. — [a] ex *iucundate* [b] *custodi*.
Ps. XCVII. — [a] *Perturbas*. [b] addit *terrarum iudicare*.

ses et aaron in sacerdotibus eius et samuhel inuocantibus nomen
eius. Inuocabant ad dominum et ipse responsus eorum 7 in columna
[n]ubilosa[a] loquebatur ad illos custodiebant testimonia eius et pre-
cepta dedit illis. 8 Domine deus noster tu exaudisti eos altissimus
propitius fuisti illis et uindicans super adinuentiones eorum. 9 Exal-
tate dominum deum nostrum et adorate in monte sancto eius quo-
niam sanctus dominus deus noster.

[Psalmus XCIX.]

1 Iubilate domino omnis terra. Seruite ipso domino in iucunditate
2 in conspectu eius in laudem. 3 Scitote quoniam dominus ipse
est deus noster ipse fecit nos et non sensimus populum eius et
oues pascue eius. 4 Introimini portas eius in gratulatione atria eius
in hymnis confitemini illi benedicite nomen eius. 5 Quoniam bonus
dominus perennis misericors et usque generationes et generationes
ueritas eius.

[Psalmus C.]

1 Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine 2 psallam. Pruden-
ter in uia immaculata cum ueniens ad me perambulans in sim-
plicitate cordis meae in medio domus meae. 3 Non posui ante ocu-
los meos loquentem separationes facientem preuaricationes odiui
non adhereat in me. 4 Cor peruersum declinate [a] a me malo ne-
sciui. 5 Uerbo autem in absconsu proximo suo ipsum conpescebam
cum speruo [b] oculis et lati corde cum eo non manducabam [c]. 6 Oculi
mei super fideles terrae consedere mecum. Ambulans in uia inma-
culata talis ministrabat michi. 7 Non habitabit in medio domus meae
faciens inposturam loquens mendosa non dirigebat in conspectu
oculorum meorum. 8 In diluculo mansuetabam omnes impios terrae.
exterminare de ciuitatem domini omnes operantes inania.

Ps. XCVIII. — [a] *Nubilosa.*

Ps. C. — [a] *declinante* [b] forte legendum *supervo* vel *spernuo* [c] ex *manducarem.*

[Psalmus CI.]

2 Domine exaudi orationis meae et uox mea ad te ueniet. 3 Ne auer-
tas faciem tuam a me in die tribulationis meae inclina ad me
aurem tuam in die inuocationis adcelera exaudire me. 4 Quoniam
defecerunt in fumo dies meae et ossa mea sicut cinis conbustorum.
5 Lesum est ut pauulum et aruit cor meum quoniam exoblitus
sum edere panem meum. 6 A uoce gemitus mei adhesit os meum
carni meae. 7 Similatus sum pelecano deserto factus sum ut fulica
desolata. 8 Lucubraui et factus sum sicut passar singillatim super
tectum. 9 Tota die inproperabant me inimici mei laudantes me con-
tra me iurabant. 10 Quoniam cinis ut panem manducaui et potum
meum cum fletu miscebam. 11 A facie uilis tue et irae tuae quoniam
lebasti me et dimisisti me. 12 Dies mei ut umbra inclinate [sunt] et
ego ut pauulum [a] arui. 13 Tu uero domine in eternum permanes et
memoratio tua in generatione et generatione. 14 Tu resurgens mi-
serere sion quoniam tempus conc[e]dendi [b] quoniam ueniet sollemnitas.
15 Quoniam acceptibiles serui tui ad edificationem eius et cum pul-
uere eius largiantur. 16 Et timebunt gentes nomen domini et omnes
reges terrae eam gloriam tuam. 17 Quoniam edificans dominus sion
apparebit in claritate sua. 18 Inspexit super orationem fatigatorum
et non repellet deprecationes eorum. 19 Adnotandi eam in genera-
tione nouissima et populus creandus laudem dicat [d]eo [c]. 20 Cum respe-
xerit ab altitudine sua sancta dominus de caelo super terram inspi-
ciet. 21 Ut audiret gemitum conpeditorum resoluere filios occisorum.
22 Adnuntiare in sion nomen domini et laudem eius in ierusalem.
23 Congregamini populi in idipsum et reges ad seruiendum domino.
24 Humiliauit in uia ualetudinem meam prosperatum [d] dies meas.
25 Dixi deo meo ne deducas me in medietate dierum [meorum] in
generatione generationum anni tui. 26 Ab initio terram fundasti et
opera manum tuarum caeli. 27 Ipsi peribunt tu autem permanes et
omnes ut uestimentum ueterescent sicut palleum mutabis eos et mu-
tabuntur. 28 Tu uero ipse es [e] [et] anni tui non deficient. 29 Filii ser-
uorum tuorum inhabitabunt et semen eorum in conspectu tuo diri-
getur.

Ps. CI. — [a] *parvulum* [b] *concidendi* [c] *eo* [d] forte leg. *properatum* [e] *est.*

[Psalmus CII.]

1 Benedic anima mea dominum et omnia ossa mea cum nomen
sanctum eius. 2 Benedic anima mea dominum et ne obliuiscas
omnino retributiones eius. 3 Propitiante[m] [a] omnes iniquitates tuas sa-
nantem omnes infirmitates tuas 4 liberandam [b] a corruptela uitam tuam
coronantem te misericordiam et [c] humanitate[m]. 5 Saturantem in bonis
desiderium tuum renouatur ut aquile [d] iuuentus tua. 6 Faciens iustitias
dominus et iudicium omnibus calumniam sustinentibus. 7 Notas fecit
uias eius moyse filiis israel adinuentiones suas. 8 Misericors et con-
cessor dominus longanimus et multum misericors. 9 Non in fine ira-
scetur neque semper ulciscitur. 10 Non secundum peccata nostra fe-
cit nobis neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. 11 Quo-
niam secundum altitudinem caeli ad terram (p. 232) firmata est mise-
ricordia [e] eius super timentes eum. 12 Secundum longitudinem ab
oriente ab occidente[.] elonginquauit a nobis impietates nostras. 13 Ut
miseretur pater super filios ita misertus dominus timentibus eum.
14 Quoniam ipse cognoscit figuram nostram commemoratus quoniam
puluer sumus. 15 Homo sicut fenum dies eius ut flos agri ita flore-
bit. 16 Quoniam spiritus transiens in eum et non est neque cogno-
scetur adhuc locus eius. 17 Set misericordia domini a saeculo et us-
que in seculum super timentes eum et iustitia eius filiis hominum.
18 Custodientibus testamentum eius [f] memorantes mandata eius pro-
sequere. 19 Dominus in caelo parauit thronum suum et regimonium
eius omnium dominatur. 20 Benedicite dominum angeli eius potentes
uirtute facientes uerbum eius inaurire in uoce sermonis eius. 21 Be-
nedicite dominum omnes militiae eius ministri eius facientes uolunta-
tem eius. 22 Benedicite dominum omnis opera eius omnibus in locis
licenti[ae] [g] eius benedic anima [h] mea dominum.

Ps. CII. — [a] *propitiantes* [b] *liberandas* [c] *humanitate* [d] ex *aquilone* [e] *misericordiam* add. *testamentum eius* [g] *licentia.* [h] *animam.*

[Psalmus CIII.]

Benedic anima mea dominum deus meus magnificatus es nimis et
decus indutus es. [2] Uestitus lumen ut tunicam extendens cae-
lum sicut pellem. [3] Coperiens in aquis ascensa eius ponens nubes
altitudines suas qui ambulat super pennas uentorum. [4] Faciens an-
gelos [a] suos spirita. Et ministros eius ignis nimia. [5] Fundasti terram
super columen eius sine errore in saecula et in saecula. [6] Abyssum
ut amictum coperuisti super montes stabunt aque. [7] Per increpatio-
nem tuam fugient per uocem tonitrui tui trepidabunt. [8] Ascensus
montes et decidunt campi super locum istum quem fundasti illis.
[9] Grumos posuisti intransibiles sine conuersione [b] operire terram.
[10] Qui emittis fontes in torrentibus inter montes pertransibunt. [11] Po-
tabunt omnes bestias agri expectent onagri sitim eorum. [12] Ascen-
sioni eorum uolatilia caeli inhabitabunt inter medio ramorum dabunt
uocem. [13] Potans montes de superioribus suis a fructu operum tuo-
rum saturetur terra. [14] Germinans faenum pecoribus et pauulum ser-
uitio hominum proferens panem de terra. [15] Et uinum letificat cor
hominis candescere uultum ab oleo et panis cor hominis confirmat.
[16] Satientur ligna domini caedri libani quas plantauit. [17] Quoniam
ibi pasceres nidificant fulice abi[e]tes [c] habitent. [18] Montes excelsi cer-
uis petra refugium ericiis. [19] Fecit luna[m] [d] in tempora sol cognoscit
introitum suum. [20] Posuit tenebras et facta est nox in ipsa transie[n]t [e]
omnes bestie siluae. [21] Catuli frendentes uenare et querere ab altis-
simo escam suam. [22] Oriente sole congregabuntur et in speluncis
suis quiescent. [23] Exiet homo operationi eius et seruitio suo usque
ad uespere. [24] Quam magnificata opera tua domine omnia in sapientia
fecisti plena est terra possessionis tuae. [25] Ipsut mare magnum et
auidum manibus ibi reptilia quorum non est numerus. Animalia pu-
sill[a] [f] cum magnis. [26] Ibi naues hambulant lebiathan iste quem finxisti
ludere in eo. [27] Uniuersa ad te speret sumere cibum suum opor-
tune. [28] Dabis illis colligent aperiente te manus tuas saturabuntur
bonitatis. [29] Auertente te faciem tuam turbantur subducis spiritum
eorum et deficient et super puluerem eorum conuertentur. [30] Mitte

Ps. CIII. — [a] *angelus* [b] ex *conversionis* [c] *abites* [d] *luna* [e] *transiet* [f] *pusilli.*

spiritum tuum creabuntur renouabis faciem terrae. [31] Fiat claritas
domini in saecula delectetur dominus in operibus suis. [32] Inspiciens
terram et tremificans tactu eius montes fumigant. [33] Cantabo do-
mino in uita mea psallam deo meo in substantia mea. [34] Suauescat
illi electio mea, ego autem gaudebo in domino. [35] Deficiant pecca-
tores de terra et impii ne sint benedic anima [g] mea dominum.

Psalmus CIV.]

[1] Confitemini domino inuocate nomen eius. Adnuntiate in gentibus
adinuentiones eius. [2] Cantate illi psallite ei narrate in omni mi-
rabilia eius. [3] Gloriamini in nomine sancto eius laetificetur cor que-
rentium dominum. [4] Requirite dominum et confirmamini exquirite
uultum eius semper. [5] Memorate mirabilia eius que fecit omnia eius
et iudicia oris eius. [6] Semen abraam serui eius filii iacob electi eius.
[7] Est ipse dominus deus noster in omni terra iudicia eius. [8] Com-
memoratus est in aeternum testamenti sui uerbi quo[d] [a] mandauit in
mille generationes. [9] Quem sancxit ad abraham et iuramentum eius
ad isaac. [10] Et deuobit eum iacob in precepto israel in testamen-
t[um] [b] sempiternum. [11] Dicens tibi dabo terram chanaan regulam he-
reditatis uestrae. [12] Cum essent pauci numero ad tempus aduenas
in ea. [13] Et transierunt a gente in gentem a regimonio in populum
alterum. [14] Non permisit homini calumniare eos et arguit pro ipsis
reges. [15] Ne tangerent christos meos et in prophetis meis ne malignetis.
[16] Et uocauit famem super terram et omne [c] firmamentum panis con-
teruit. [17] Misit in conspectu eorum uirum seruire distractum ioseph.
[18] Humiliauerunt in conpedibus pedes eius ferrum transiuit anima
eius [19] donec tempore ueniret sermo eius eloquium domini calefecit
eum. [20] Misit rex et soluit eum principem populi et relaxauit illi.
[21] Posuit eum dominum domus suae et principem totius possessionis
suae [22] ut ligaret principes eius secundum animam suam et seniores
intelligere. [23] Et introibit israel in egyptum et iacob incolauit in terra
aam. [24] Et crebit populum suum ualde et instruxit eum super ini-
micos eius. [25] Conuertere corda eorum odire populum eius insidiare
in seruis suis. [26] Misit moysen seruum eius aaron quem elegit sibi.

Ps. CIII. — [g] *animam.*
Ps. CIV. — [a] *quo* [b] *testamento* [c] *omnem.*

27 Posuit in ipsis uerba signorum eius et prodigia eius in terra
cham. 28 Misit tenebras et obscurauit et non amaricauerunt uerba
eius. 29 Euertuit aquas eorum in sanguine et occisit piscaturas eorum.
30 Ebulliuit terra eorum ranas in atriis regum eorum. 31 Dixit et
uenit cynomia et cinipes in omnibus r[e]gionibus [b] eorum. 32 Dedit
pluuiis eorum grandinem ignem conburentem in terra eorum. 33 Et
percussit sarmenta eorum et celsas et confregit ligna regionis eo-
rum. 34 Dixit et uenit locusta et bruchus cui non erat numerus.
35 Et comedit omnem fenum in terra eorum et comedit fructum
terre eorum. 36 Et percussit omnes primitias in terra primitias to-
tius laboris eorum. 37 Et produxit eos in argento et auro et non
erat in tribu[bu]s [c] eorum infirmus. 38 Letata est egyptus in egressu eorum
quoniam supercecidit timor eorum super eos. 39 Expandit nubem
in copertorio et ignem inluminare nocte. 40 Petebant et uenit or-
tigometra et panem caeli satiauit eos. 41 Aperuit petram et fluxe-
runt aquae ambulauerunt in aquosis in flumine. 42 Quoniam fuit me-
mor sermonis sancti [d] sui cum abraham seruo suo. 43 Et deduxit
populum suum in exultatione et [in] iucunditate electos eius. 44 Et dedit
illis terras gentium et labores populorum possederunt. 45 Ut ita cu-
stodiant praecepta eius et leges obseruent.

[Psalmus CV.]

1 Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum miseri-
cordia eius. 2 Quis loquitur potentias domini exaudiet omnes
laudes eius. 3 Beati custodientes iudicium et facientes iudicium in
omni tempore. 4 Memento nostri domine in beneplacitis populi tui
uisita nos in salutari tuo. 5 Ut uideamus in bonis electorum tuorum
iucundari in iucunditate gentis tuae lauderis cum hereditate tua. 6 Pec-
cauimus cum patribus nostris inique egimus impietauimus. 7 Patres
nostri in egyptum minime senserunt mirabilia tua neque commemo-
rati sunt ipsius multitudinis misericordiae tuae et examaricauerunt ad-
scendentes in mari rubro. 8 Et saluauit eos propter nomen suum scien-
tibus etiam uirtutem eius. 9 Et increpauit in mari rubro et subducta

Ps. CIV. — [b] *sragionibus* [c] *tribus* [d] *sanctis.*

est et deduxit eos in abissis ut in deserto. 10 Et saluauit eos de ma-
nibus odientibus et redemit eos de manu inimici. 11 Et coperuit aqua
tribulantes eos unus ex ipsis non remansit. 12 Et crediderunt in uer-
bis eius erant laudantes eum. 13 Adcelerauerunt obliti sunt operum
eius non sperauerunt consilium eius. 14 Desiderauerunt concupiscentiam
in deserto et temptauerunt altissimum in inaquoso. 15 Et dedit illis pe-
titiones eius et misit saturitatem anime eorum. 16 Et zelauerunt mo-
sen in castris aaron sanctum domini. 17 Aperta est terra et deuo-
rauit dathan et coperuit super collectionem abiron. 18 Et exarsit
ignis in congregatione eorum incendium concremauit impios. 19 Fe-
cerunt uitulum in choreb et adorauerunt sculptile. 20 Et inmutaue-
runt gloriam eorum in similitudine tauri manducantis faenum. 21 Obliti
sunt altissimi 22 saluantis facientis [a] magnalia in egypto. Mirabilia in
terra cham timenda super mare rubrum. 23 Et dixit exterminare
[eos] nisi moses electus eius stetit in coassatione in conspectu eius ut
auerteret iram eius ne corrumpat. 24 Et reppul[erunt] [b] terram desidera-
bilem non crediderunt uerbo eius. 25 Murmurantes in tabernaculis
[suis] non exaudierunt uocem domini. 26 Et leuauit manus suas ip-
sis deicere eos in deserto. 27 Deicere semen eorum in gentibus et
dispargere [eos] in terris 28 et processerunt behelfoor et comede-
runt sacrificium mortuorum. 29 Incitauerunt eum in conationibus suis
multiplicata est in ipsis coassatio. 30 Et stetit finees et propitiatus
est et cessauit coassatio. 31 Et imputatum est illi in iustitiam in ge-
neratione et generatione usque in saeculo. 32 Et incitauerunt super
aqua contradictionis et infirmatus est moyses propter eos. 33 Quo-
niam amaricauerunt spiritum eius et dubitabit in labiis suis. 34 Non
exterminabit eos populus quos dixit dominus ipsis. 35 Et commisti sunt
cum gentibus et didicerunt operas eorum. 36 Et coluerunt illis scul-
ptilibus et factum est in scandalum. 37 Et sacrificarunt eis filios
eorum et filias suas et demoniis. 38 Effuderunt sanguinem innocen-
tem sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum quas sacrifica-
bant idolis chanaan et interfecta est terra in sanguinibus. 39 Et
[inquinati] [c] sunt in operibus suis et fornicauerunt in conationibus
suis. 40 Et iratus [d] est dominus populo suo et spreuit hereditatem
suam. 41 Et tradidit eos in manibus gentium et dominauerunt in ip-
sis odientes eos. 42 Et tribulati sunt ab inimicis suis et subiecti sunt

Ps. CV. — [a] *facientis salvantis* [b] *reppuli.* [c] *iniquitati* [d] ex *factus.*

sub manu eorum. [43] Uicibus plurimis liberauit eos ipsi autem dea-
maricauerunt in consiliis suis et humiliati sunt [in] iniquitatibus suis.
[44] Et uidit in tribulatione eorum cum exaudiret deprecationis eorum
[45] et memor fuit illis testamenti sui et consolatus est secundum mul-
titudinem misericordiae eius. [46] Et dedit illos in miserationes coram
omnibus captiuantes eos. [47] Salua nos domine deus noster et con-
gregauis nos ex gentibus. Confitemini nomini sancto eius gloriari in
laudibus tuis. [48] Benedictus dominus deus israel per secula et usque
in seculis et dicit omnis populus amen **alleluia.**

†

[Psalmus CVI. *] (p. 233)

[1] Confitemini domino quoniam bonus quoniam in secula mise-
ricordia eius. [2] Dicant redempti a domino quos liberauit de
manibus inimicorum a regionibus congregauit illos [3] ab
oriente et ab occidente ab aquilone et a mare. [4] Errauerunt in deserto
in inaquosis uiam ciuitatis habitare non inuenerunt [5] esurientes et ita
sitientes anima eorum in ipsis defecit [6] et inuocauerunt ad dominum
in angustiis suis et de necessitatibus eorum liberauit eos. [7] Et deduxit
eos in uia aequitatis [a] ambulauerunt super ciuitatem habitationis.
[8] Confitemini domino misericordiam eius et mirabilia eius filiis ho-
minum. [9] Quoniam saturauit animam uacuam et animam esurientem
impleuit bonis. [10] Sedentes in tenebris et umbra mortis compeditos
in paupertate et ferro. [11] Quoniam inamaricauerunt eloquia altissimi
et consilium altissimi detraxerunt. [12] Et humiliati in dolore cordis
eorum infirmati sunt et non fuit auxilium. [13] Clamauerunt ad domi-
num in angustiis suis et a necessitatibus eorum saluauit eos. [14] Et
produxit eos a tenebris et de umbra mortis et nodos eorum disru-
pit. [15] Confitemini domino misericordiae eius et mirabilia eius filiis
hominum. [16] Quoniam confregit limina aerea et serras ferreas con-
fregit [17] insipientes ab itinere praeuaricationis et ab iniquitate sua
humiliabuntur. [18] Omnem cibum spreuit anima eorum et adproxima-
uerunt usque portas mortis. [19] Et inuocauerunt dominum in tribula-
tione eorum et de necessitatibus eorum liberauit eos. [20] Misit ser-
monem suum et saluauit eos a corruptione. [21] Confitemini domino

Ps. CVI. — * Littera C perbelle depicta IV distinctionem psalterii indicat. [a] *aequitatis in via.*

misericordiae eius et mirabilia eius filiis hominum. 22 Et sacrificent
sacrificium laudis et narrabunt mirabilia eius in confessione. 23 De-
scendentes mare in nauibus facientes opus in aquis nimis. 24 Ipsi
uiderunt opera domini et mirabilia eius in profundo 25 et dixit et
resurrexit spiritus procelle et exaltauit fluctus eius. 26 Ascend[un]t [b] cae-
los descendent abyssos anima eorum in laboribus defecit. 27 Turbati
sunt et commoueantur et inebriantes et omnis sapientia eorum de-
uorata est 28 et inuocabant ad dominum in tribulatione eorum et de
necessitatibus eorum producat eos. 29 Leuabit procella in flatu et
plac[a]uit [c] fluctus eius. 30 Et iucundati sunt quoniam sedata sunt et
deduxit eos in portum uoluntatis suae. 31 Confiteantur domino mise-
ricordiae eius et mirabilia eius filiis hominum. 32 Exaltantes [eum] in ec-
clesia populorum et in sedibus presbiteri hymnum dicant illi. 33 Po-
suit flumina in deserto et exitus aquarum in sitim. 34 Terram frugi-
feram in salsuram a nequitia inhabitantium in ea. 35 Ponat desertum
in stagnis aquarum et terram inaquosam [d] in tractibus aquarum.
36 Et constituit ibi esurientes et parabunt ciuitatem habitationis.
37 Et seminabunt agros et plantabunt uineas et facient fructum ger-
minis eius. 38 Et benedixit eos et multiplicantur ualde et pecora eo-
rum non minorabit. 39 Et minorati sunt et infirmati a deteriori ma-
litia et dolore. 40 Effudit spretionem super principes [e]rrauerunt
er[r]antes [e] [in inuio] et non in uia. 41 Et adiuuauit pauperem ab eges-
tate et posuit ut oues condaminas. 42 Uidebunt iusti et gaudebunt
et omnis iniquitas obturit os suum. 43 Quis sapiens et custodit haec
et contemplabunt misericordias domini?

[Psalmus CVII.]

2 Paratum cor meum deus cantabo et psallam etenim est gloria
mea. 3 Exurge cithara et psalterium expergefiam [di]luculo [a].
4 Confitebor tibi in populis domine et psallam tibi in gentibus. 5 Quo-
niam magna super caelos misericordia tua et usque nubes ueritas tua.
6 Exaltare super caelos domine et super omnem terram gloria tua.
7 Quoniam liberata sunt dilectissimi tui saluasti dextera tua [b] et re-

Ps. CVI. — [b] *ascendit* [c] *placuit* [d] *terram in via quosam* (sic) [e] *erantes*
Ps. CVII. — [a] *luculo* [b] *dexterae tuae.*

spondere. 8 Deus locutus est in sancto suo exultabo pa[r]tiendo [e] sici-
mam et uallem diliciarum dimetiar. 9 Meus galaad et meus manasse
et efrem supsceptio capitis mei iuda rex meus. 10 Moab olla spes mea
super idumeam proiciam calciamentum meum super me allophyli co-
pulabuntur. 11 Quis abducet me in ciuitate uallata quis deducat me
usque in idumeam. 12 Nonne tu domine reppulisti nos et non exies
deus in milibus [f] nostris. 13 Da nobis auxilium tribulatione et uanitate
saluans hominem. 14 In deo faciemus uirtutem et ipse conculcauit
tribulantes nos.

[Psalmus CVIII.]

2 Deus meus laudem meam ne tacueris quoniam os impii et os in-
sidiosum super me apertum est. 3 Locuti sunt de me lingua ini-
qua. Et uerbum odii circueuntes me pugnauerunt me sine causa. 4 Pro
caritate mea resistebant michi ego autem orabam. 5 Et posuerunt
contra me mala pro bonis et odiu[m] [a] pro dilectione mea 6 constitue
super eum impium et satan stabit circa dextera eius. 7 In iudicio suo
ex[i]et [b] damnatus et oratio eius fiet in peccato. 8 Fiant dies eius paucae
et inspectionem eius accipiet alter. 9 Fiant filii eius pupilli et uxor eius
uidua. 10 Uacillantes uacillabunt filii eius et mendicabunt et exquirantur a
mansionibus suis. 11 Pignorauit fenerator omnem substantiam eius et di-
ripiant alieni labores eius. 12 Non sit illi pretendens misericordiam ne
sit relaxans pupillis eius. 13 Fiat nouissima eius in perniciem in gene-
ratione altera deleatur nomen eius. 14 Commemoretur iniquitas pa-
trum eius coram domino et peccatum matris eius ne deleatur. 15 Fiant
in conspectu domini semper et exterminabitur de terra memoria eo-
rum. 16 Propterea qu[od] [c] non memoratus est facere misericordiam
17 et persecutus est uirum inopem et egenum et lesum corde mor-
tificare. 18 Et dilexit maledictum et ueniet illi et noluit benedictionem
et elonginquata est ab eo. Et uestitus est maledictum ut tunicam et in-
troiuit sicut aqua interaneis eius et sicut oleum in ossibus eius. 19 Fiat
illi sicut tunica qua coperitur et sicut cingula qua semper cingitur.
20 Hoc opus resistentium mihi aput dominum et loquent[i]um [d] praua
aduersum animam meam. 21 Et tu domine deus fac mecum propter no-

Ps. CVII. — [e] *patiendo* [f] forte legendum *militiis*, vel *militibus*.
Ps. CVIII. — [a] *odiu* [b] *extet* [c] *quae* [d] *loquentes*.

men tuum quoniam bona misericordia tua redime me [22] quoniam
pauper et egenus ego sum et cor meum infirmatum est infra me.
[23] Ut umbra secundum declinationem suam abductus sum excussum
sicut locusta [e]. [24] Genua mea in tortura [f] de ieiunio et caro mea [g]
immutata est ab oleo. [25] Et ego factus sum improperium ipsis uide-
runt me et mouerunt caput. [26] Auxiliare mihi domine deus meus salua
me secundum misericordiam tuam. [27] Et scient quoniam manus tua
ipsa **aththa** domine fecisti eam. [28] Maledicent ipsi et tu benedicas
resuscita et confundentur et seruus tuus gaudebit. [29] Uestientur re-
sistentes michi reuereantur et uestiantur ut palleum confusionem suam.
[30] Confitebor domino adsiduae in ore meo et in medio populi lau-
dabo eum. [31] Quia adstitit ad dexteram pauperis saluare de iudicio
anima[m] [h] eius.

[Psalmus CIX.]

[1] Dixit dominus domino meo sede a[d] dexteram meam donec po-
nam inimicos tuos scabyllum pedibus tuis. [2] Uirgam uirtutis tuae
emittet dominus in sion dominare in medio inimicorum tuorum. [3] Te-
cum principium in die uirtutis tuae in claritatibus sanctorum ex utero
ante luciferum genui te. [4] Iurauit dominus et non penetetur tu es sa-
cerdos in saecula secundum ordinem melchisedech [a]. [5] Dominator su-
per dexteram tuam percussit in die irae suae reges. [6] Iudicans in
gentibus compleuit ruinas percussit principem super terram multam.
[7] A torrente in uia bibit propterea exaltabit caput.

Psalmus CX.]

[1] Confitebor tibi domine in toto corde meo in consilio rectorum et
testimonio. [2] Magna opera domini requisita [a] in omn[es] [b] uolunta-
tes eorum. [3] Laus et decor opus eius et iustitia eius permanet in adhuc.
[4] Memorationem fecit mirabilium suorum indultor et miserator domi-
nus. [5] Nutrimenta dedit timentibus eum memoretur in aeternum te-
stamenti sui. [6] Paraturam operum suorum adnuntians populo suo

Ps. CVIII. — [e] ex *locustas* [f] *dei de ieiunio.* (Error ex charactere continuo) [g] *meam* [h] *anima*
Ps. CIX. — [a] *melchi sedech.*
Ps. CX. — [a] *resiquisita* [b] *in omnibus.*

7 dare illis hereditatem gentium. Manum eius oper[a] [c] ueritas et iu-
dicium 8 fidelia omnia mandata eius. Stabilita in secula seculorum
creata in ueritate et iustitia. 9 Redemptionem destinatam populo suo
mandauit in aeternum testamentum eius. Sanctum et metuendum ter-
ribile [n]omen [d] eius 10 principium sapientiae timor domini intellectus
bonus omnibus facientibus eum hymnus eius permanet in aeternum.

[Psalmus CXI.]

1 Beatus uir timens dominum in mandatis eius uult nimis. 2 Possi-
bile in terra erit [se]men [a] eius generatio rectorum benedicetur.
3 Substantia et diuitia in domo eius et iustitia constituta [b] in adhuc.
4 Ortum est in tenebris lumen rectis indultor et misericors et iustus.
5 Bonus uir largiens et fenerans dispensat sermones suos in iudicio.
6 Quia in seculo non errauit 7 in memoria aeterna erit iustus. Obau-
ditu malo non timebit parans cor suum sperare in domino. 8 Insta-
bilitum cor eius sine timore donec uideat in tribulantibus eum [c].
9 Dispargens dedit pauperibus iustitia eius permanens in aeternum cor-
num eius exaltabitur gloriosae. 10 Impius uidebit et irascetur dentes
suos frendat et tabescet concupiscentia impiorum peribit.

[Psalmus CXII.]

1 Laudate pueri dominum laudate nomen domini. 2 Sit nomen do-
mini benedictum ex hoc nunc et usque in secula. 3 Ex ortu
solis usque ingressionis eius laudabile nomen domini. 4 Altissimus su-
per omnes gentes dominus super celos gloria eius. 5 Quis sicut do-
minus noster qui exaltatur throno. 6 Et humilia [a] respicit in celo et in
terra. 7 Resuscitans de terra inopem et a stercore exaltans pauperem.
8 Ut sedere illum [faciat] principali cum principibus populi sui. 9 Inha-
bitare faciens sterilem domus matrem filiorum iocundantem.

Ps. CX. — [c] *opere* [d] *Nomen.*
Ps. CXI. — [a] *nomen* [b] *constitutam* [c] ex *eius*
Ps. CXII. — [a] *humiliares.*

[Psalmus CXIII.]

1 In exhodo israhel ex egypto domus iacob de populo barbaro.
2 Facta est iudea in sanctimonio ei israel in potestate eius. 3 Mare
uidi[t] [a] et fugit iordanes conuersus e[s]t [b] retrorsum. 4 Montes saltaue-
runt ut arietes colles sicut agni ouium. 5 Quit tibi mare quod fugisti
iordanes quia conuersus es retro. 6 Montes saltastis sicut arietes colles
sicut agni ouium. 7 A facie dominatoris parturibit terra a facie dei ia-
cob. 8 Uertentis petram in stagnos aquas praeruptas in fontes aquarum.
9 Ne nobis domine non nobis quoniam nomini tuo das gloriam. 10 super
misericordiam tuam et super ueritatem tuam. Ne dicant gentes ubi pie-
tates [d] dei eorum? 11 Et deus noster in celis (p. 234) omnia que uoluit
fecit. 12 Idola eorum argentum et aurum opus manum hominum. 13 Os
ipsis et non locuntur oculi [e] ipsis et non uidebunt. 14 Aures ipsis et
non audiant nares ipsis et non odoratus. 15 Manus habent et non
tactus habent palpabunt pedes eorum et non ambulant neque re-
spondent in gutture suo. 16 Similes eorum facti sunt facientes ea
omnes qui confidunt in ipsis. 17 Israel confidit in domino adiutor eorum
et protector eorum est. 18 Domus aaron speraret in domino adiutor
eorum et protector eorum est. 19 Timentes dominum sperant in do-
mino adiutor eorum et protector eorum est. 20 Dominus memor est
nostri benedicens benedixit etiam domum israel benedixit domum
aaron. 21 Benedixit timentes se dominus minores cum maioribus. Adi-
ciat dominus super uos et super filios uestros. 22 Benedicti uos do-
mino facienti caelos et terram. 23 Caeli caeli domino terram dedit
filiis hominum. 24 Non mortui laudabunt **ia** deum neque omnes de-
scindentes ad inferos. 25 Nos autem benedicimus **ia** [f] ex hoc nunc
et usque in saeculo laudatur dominus.

[Psalmus CXIV.]

1 Dilexi quoniam exaudiet dominus uocem deprecationis meae. 2 Quo-
niam inclinauit aurem suam mihi et in diebus meis inuocabo.
3 Conprehenderunt me funes mortis et angustiae inferorum inuenerunt

Ps. CXIII. — [a] *vidi* [b] *et* [c] ex *dominatores* [d] ex *pietatis* [e] *oculis.* [f] *ai.*

me 4 angustiam et dolorem inueni et in nomine domini inuocabo.
5 Peto domine erue me [a] libera animam meam confidens domine et iu-
stae et deus noster miserere. 6 Custodiens lasciuos dominus rarus fuit
et saluauit me. 7 Conuerte animam meam in requiem tuam quoniam
dominus retribuit pro te. 8 Quoniam produxit ipsam animam meam a
morte atque oculos meos a lacrimis atque pedes meos ab inpetu.
9 Deambulabo coram domino in generationibus ui[u]orum [b].

[Psalmus CXV.]

1 Credens quod locutus sum ego humiliatus sum nimis. 2 Ego dixi
in pauore meo omnis homo figmentum. 3 Qui[d] [a] retribua[m] [b] do-
mino [ad] omnes retributiones eius super me. 4 Calicem salutaris ac-
cipiam et in nomine domini inuocabo. 5 Uota mea domino reddam
in conspectu totius populi eius. 6 Pretiosus in conspectu domini letus
sanctorum eius. 7 Pietare domine quoniam ego seruus tuus ego ser-
uus tuus et filius ancillae tuae disrupisti uincula mea. 8 Tibi sacrificabo
sacrificium laudis et in nomine domini inuocabo. 9 Uota mea domino
reddam in conspectibus uniuersorum populorum eius in atriis domus
domini in medio tui ierusalem.

[Psalmus CXVI.]

1 Laudate dominum omnes tribus laudate eum omnes populi. 2 Quo-
niam confirmata est super nos misericordia eius et ueritas do-
mini perennis.

[Psalmus CXVII.]

1 Confitemini domino quoniam bonus quoniam in saeculum miseri-
cordia eius. 2 Dicat etiam israel quoniam in sâeculo miseri-
cordia eius. 3 Dicant pia domus aaron quoniam in seculo misericor-
dia eius. 4 Dicant pii timentes dominum quoniam in seculum mi-
sericordia eius. 5 Per tribulationem inuocaui ia respondit in latitudine
ia. 6 Dominus meus non timebo quid faciat mihi **adam.** 7 Dominus

Ps. CXIV. — [a] *mel.* [b] *virorum.*
Ps. CXV. — [a] *Qui* [b] *retribuat.*

michi in adiutoriis meis et ego uidebo in odientibus me. 8 Bonum est
sperare in domino quam sperare in **adam**. 9 Bonum est confidere in
domino quam sperare in spontaneis. 10 Omnes gentes circumierunt me
et in nomine domini quoniam ultus sum eos. 11 Circumierunt me item
circumierunt me in nomine domini quoniam ulciscar eos. 12 Circumde-
derunt me sicut apes extincti [a] sunt sicut ignis spinarum et in nomine
domini nam ulciscar eos. 13 Pulsu inpulsus sum ad cadendum et dominus
auxiliauit michi. 14 Fortitudo mea et laus mea dominus et factus est
michi in salutem. 15 Uox exultationis et salutis in tabernaculis iusto-
rum. 16 Dextera domini fecit fortitudinem dextera domini exaltata
est dextera domini fecit uirtutem. 17 Non moriar quoniam uiuam et
narrabo opera domini. 18 Emendans emendauit me **ia** et morti non
tradidit me. 19 Aperite mihi portas iustitiae ingrediens in eis confi-
tebor domino. 20 Ista porta est [domini iusti] introibunt in ea. 21 Con-
fitebor tibi quoniam exaudisti me et factus est michi in salutem.
22 Lapidem proiecerunt edificantes factus est in caput anguli. 23 Pro-
pter dominum facta est ista mirificata est in oculis nostris. 24 Hunc
diem fecit dominus exultemus et iucundemus in eo. 25 Pietas domini
saluat nos pietas domini diriget nos. 26 Benedictus qui uenit in no-
mine domini benediximus uos ex domo domini. 27 Altissimus meus [b]
dominus et inluxit nobis frequentate festiuitatem in diligentiis usque
caranoth altarii [c]. 28 Altissimus meus es tu et confitebor tibi deus
meus exaltabo te. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in
saeculo misericordia eius.

[Psalmus CXVIII.]

1 Beati inmaculati in uia qui ambulant in lege domini. 2 Beati custo-
dientes testimonia eius in toto corde requirunt eum. 3 Etenim
qui operantur iniquitatem in uiis eius ambulauerunt. 4 Tu mandasti
mandata tua custodiri nimis. 5 Utinam dirigantur uiae meae ut custo-
diam iustificationes tuas. 6 Tunc non confundar inspiciens super omnia
mandata tua. 7 Confitebor tibi in equitate [a] cordis cum docueris me

Ps. CXVII. — [a] *extinctis* [b] ead. m. del. *es tu* [c] *altariis*.
Ps. CXVIII. — [a] *tua* ead. m. expunct.

iudicia iustitiae tuae. 8 Atque iustificationes tuas custodiam ne me de-
relinquas usquequaque.

9 In quo perficiat [iuuenis][b] ipsam uiam eius? in custodiendo secundum
uerbum tuum. 10 In toto corde meo requisiui te ne repellas me
a mandatis tuis. 11 In corde meo abscondidi eloquia tua ut ita ne
peccarem tibi. 12 Benedictus es domine doce me iustificationes tuas.
13 In labiis meis enarraui omnia iudicia oris tui. 14 In uia testimonio-
rum tuorum gauisus [sum] ut super omni diuitia. 15 In mandatis tuis
exercebar et consideraui uias tuas. 16 In iustificationibus tuis delecta-
bor non obliuiscar sermonis tui.

17 Retribue super seruum tuum et uiuam et custodiam sermones
tuos. 18 Reuela oculos meos et cernam mirabilia ex lege tua.
19 Incola ego sum in terra ne abscondas a me mandata tua. 20 Con-
cupiuit anima mea diligere super iudicia [tua] in omni tempore. 21 In-
crepasti superuis detestabiles sunt errantes a mandatis tuis. 22 Re-
moue a me improperium et spretionem[c] quoniam testimonia tua
custodiui. 23 Etenim sederunt principes contra me loquentes seruus
tuus exercebatur in mandatis [tuis]. 24 Nam testimonia tua delectatio
mea et uiri consentanei mei.

25 Adhesit pauimento anima mea uiuifica me saecundum uerbum
tuum. 26 Uias meas adnuntiaui et exaudisti me do[ce][d] me iusti-
ficationes tuas. 27 Uiam mandatorum tuorum instrue me et exercebor
in mirabilibus tuis. 28 Stillauit anima mea ab insipientia confirma me
secundum uerbum tuum. 29 Uiam iniquam remoue a me et in lege
tua miserere mei. 30 Uiam fidelem elegi iudicia tua anteposui. 31 Ad-
hesi[e] testimoniis tuis domine ne confundas me. 32 In uia mandato-
rum tuorum curram quoniam dilatasti cor meum.

33 Ostende nobis domine uiam iustificationum tuarum et custodiam
eam inuestiganter. 34 Instrue me et custodiam legem tuam et
exquiram [eam] in toto corde. 35 Dirige me in itinere mandatorum
tuorum quoniam in ipsis uolui. 36 Inclina cor meum in testimonia tua

Ps. CXVIII. — [b] *invenit* [c] *est pretionem* [d] *dome* [e] *adhesit.*

et non super fraudem. 37 Separans oculos meos a uisu uanitatis in
uia tua uiuificas me. 38 Constitue seruo tuo eloquium tuum quae sunt
in timore tuo. 39 Aufer inproperium meum quem suspicatus sum quo-
niam iudicia tua bona. 40 Ecce concupiui mandata tua per iustitiam
tuam uiuifica me.

41 Et uenient mihi misericordiae tuae domine salutarem tuum secun-
dum eloquium tuum. 42 Et respondebo pro inproperio meo uerbum
quoniam speraui in sermonibus tuis. 43 Et ne auferas ex ore meo uer-
bum ueritatis usquequaque quoniam iudicia tua expectaui. 44 Et cu-
stodiam legem tuam incessanter in secula et adhuc. 45 Et ambulaui
in spatiosis quoniam praecepta tua inuestigaui. 46 Et loquar in testi-
moniis tuis coram regibus et non confundar. 47 Et delectabor in man-
datis tuis in quibus dilexi. 48 Et tollam manus meas super mandata
tua quae concupiui et exercebor in iustificationibus tuis.

49 Memor esto sermonis seruo tuo super quem tolerasti me. 50 Haec
consolatio mea in humilitate mea quoniam eloquia tua uiuifi-
cant me. 51 Superui fatigabant me usquequaque a lege tua non decli-
naui. 52 Memor fui iudiciorum tuorum a principio domine et consolatus
sum. 53 Taedium tenuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
54 Cantabiles erant michi iustificationes tuae in loco incolatus mei.
55 Memini nocte nomen tuum domine et custodiui legem tuam. 56 Hec
facta est michi quoniam praecepta tua seruaui.

57 Portio mea dominus dixi custodire sermones tuos. 58 Rogaui in con-
spectu tuo in toto corde instrue me saecundum eloquium tuum.
59 Dispensaui uias meas et auerti pedes meos super testimonia tua.
60 Paratus sum et non distuli custodire mandata tua. 61 Funes pec-
catorum inplicatae sunt mihi legis tuae non oblitus sum. 62 Media
nocte leuabam confiteri tibi propter iudicia iustitiae tuae. 63 Particeps
ego sum omnium timentium te et eorum qui custodiunt praecepta.
64 Misericordia tua domine plena est terra iustificationes tuas doce me.

65 Bonum fecisti cum seruo tuo domine secundum uerbum tuum. 66 Sen-
sum et scientiam bonam doce me quia mandatis tuis credidi.
67 Antequam responderem humiliatus sum ego ignoraui et nunc (p. 235)

eloquium tuum custodiui. 68 Bonus es tu et in bonitate tua doce me
iustificationes tuas. 69 Ceciderunt super me iniquitates superuorum
ego in toto corde seruaui mandata tua. 70 Coagolatum est ut seuum
cor meum ego legem tuam permeditaui. 71 Bonum mihi quoniam
humiliasti me ut ita discam[f] iustificationes tuas. 72 Bonum michi lex
oris tui super milia auri et argenti.

73 MANUS tuae fecerunt me et parauerunt me instrue me et discam
mandata tua. 74 Timeriem tuum uidebunt et laetabor quoniam
sermonibus tuis speraui. 75 Cognoui domine quoniam iusta iudicia tua
et fideliter humiliasti me. 76 Sit pia misericordia tua consolationi 'meae
secundum eloquium tuum seruo tuo. 77 Ueniant michi miserationes
tuae et uiuam quoniam legem tuam fruebar. 78 Confundantur superbi
quia inique nocebant me ego exercebor in mandatis tuis. 79 Conuer-
tantur mihi timentes te et scientes testimonia tua. 80 Fiat cor meum
perfectum in iustificationibus tuis ita ut non confundar.

81 DEFECIT in salutari tuo anima mea sermonibus tuis speraui. 82 De-
fecerunt oculi mei eloquio tuo dicentes quando consoletur me?
83 Quoniam factus sum tamquam uter in gelicidio iustificationes tuas
non obliuiscar. 84 Quot sunt dies serui tui quando facies persequen-
tibus me iudicium? 85 Foderunt michi superui lacunas quae non secun-
dum legem tuam. 86 Omnia mandata tua fidelia mendosi persecuntur
me auxiliare michi. 87 Paulominus consumauerunt me in terra ego
non dereliqui mandata tua. 88 Secundum misericordiam tuam uiuifica
me et custodiam testimonia oris tui.

89 PERENNE domine uerbum tuum stabilitum est in caelis. 90 In gene-
ratione et generatione ueritas tua fundasti terram et permanet.
91 Dispositionibus tuis perseuerant dies quoniam uniuersitas seruit tibi.
92 Nisi legem tuam meditabar tunc perissem in humilitate mea. 93 In
eternum non obliuiscar praecepta tua quoniam in ipsis uiuificasti me.
94 Tuus sum ego salua me quoniam praecepta tua inuestigaui. 95 Me
sustinuerunt impii perdere me testimonia tua intellexi. 96 In omni de-
finitione[g] [uidi finem] spatiosa mandata tua nimis.

Ps. CXVIII. — f add. bis *ut ita discam* g *definitionem.*

97 Quam dilexi legem tuam omnibus diebus meditatio mea est. 98 Su-
per inimicos meos erudisti me mandatis tuis quoniam in aeter-
num est mihi. 99 Super omnes docentes me intellexi quia testimonia
tua exercent me. 100 Super seniores consideraui quoniam mandata tua
inuestigaui. 101 Ab omni uia praua prohibui pedes meos ut ita custo-
diam sermones tuos. 102 A iudiciis tuis non declinaui quoniam tu instru-
xisti me. 103 Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel in ore
meo. 104 A mandatis tuis eruditus sum propterea odiui omnem uiam
iniquitatis.

105 Lucerna pedibus meis sermo tuus et lumen semitibus [h] meis. 106 Iu-
raui et constitui custodire iudicia iustitiae tuae. 107 Humiliatus
sum usquequaque domine uiuifica me saecundum uerbum tuum. 108 Spon-
tanea [i] oris mei accepto fer pie domine et iudicia tua doce me. 109 Ani-
ma mea in manibus meis semper et legem tuam non oblitus sum.
110 Posuerunt peccatores laqueos mihi et a mandatis tuis minime er-
raui. 111 Hereditas mea testimonia tua sempiterna quoniam exultatio
cordis meae sunt. 112 Ordinaui cor meum facere iustificationes tuas
in aeternum.

113 Peruersos odiui et legem tuam dilexi. 114 Absconsio mea et prote-
ctio mea tu es sermonem tuum expectaui. 115 Separa a me prae-
ua[rica]tores [l] et custodiam mandata tua deus meus. 116 Confirma me
saecundum eloquium tuum et uiuam et non confundas me ab expe-
ctatione mea. 117 Auxiliare michi et saluabor et meditabor in iustifi-
cationibus tuis semper. 118 Nullificasti omnes errantes a mandatis tuis
quoniam mendosa cogitatio eorum. 119 Pro nihilo accepisti omnes im-
pios terrae. Ideo dilexi testimonia tua. 120 Horruit a timore tuo caro
me[a] [m] et a iudiciis tuis timui.

121 Faeci iudicium et iustitiam ne derelinquas me calumniantibus me.
122 Sequestrare seruum tuum in bonum ne calumnientur me su-
perbi. 123 Oculi mei defecerunt in salutari tuo et in eloquium iustifi-
c[ati]onum [n] tuarum. 124 Fac cum seruo tuo secundum misericordiam
tuam et iustificationes tuas doce me. 125 Seruus tuus ego sum erudi

Ps. CXVIII. — [h] ex *semitis* [i] ex *spontaneum* [l] *pracvatores* [m] *meo.* [n] *iustificonum.*

me et sciam testimonia tua. 126 Tempus faciendi domino derogant
legem tuam. 127 Propterea dilexi mandata tua super aurum et super
topatium. 128 Propterea omnia cernens omnia direxi omnes uias men-
dosas odi[o] [o] habui.

129 MIRABILIA testimonia tua propterea custodit ea anima mea. 30 Ma-
nifestatio sermonum tuorum inluminant et erudiunt infantes.
131 Os meum aperui et traxi spiritum [quia] mandata tua diligo. 132 Re-
spice super me et miserere mei secundum iudicia diligentium nomen
tuum. 133 Gressos meos para in eloquio tuo et non dominabitur in
me omnis iniquitas. 134 Redime me a calumnia hominum et custodiam
praecepta tua. 135 Uultum tuum inlumina in seruo tuo et doce me
iustificationes tuas. 136 Medietates aquarum descenderunt oculi mei quia
non custodiui legem tuam.

137 IUSTUS tu domine et recta iudicia tua. 138 Mandasti iuste testimonia
tua et ueritatem tuam ualde. 139 Exiccauit me zelus tuus quo-
niam obliti sunt sermones tuos tribulantes me. 140 Ignifluum uerbum
tuum nimis et seruus tuus dilexit ea. 141 Breuior ego sum et spretus
praecepta tua non oblitus sum. 142 Iustitia tua iustae in aeternum et
lex tua ueritas. 143 Tribulatio et angustia inuenerunt me et mandata
tua delectatio mea. 144 Iusta testimonia tua in saecula instrue me et
uiuam.

145 CLAMOR meus in omni corde exaudi me domine iustificationes tuas
obseruabo. 146 Inuocaui te saluatorem meum et custodiam testi-
monia tua. 147 Anteueni intempesti[u]e [p] et inuocaui testimonia tua to-
leraui. 148 Precesserunt oculi mei custodias meditantes in uerbo tuo.
149 Uocem meam exaudi saecundum misericordiam tuam domine sae-
cundum iudicia tua uiuifica me. 150 Proximauerunt persequentes me
scelus a lege tua longe facti sunt. 151 Proximare tu domine et omnia
mandata tua fidelia. 152 Antecessu cognoui a testimoniis tuis quoniam
in aeternum fundasti ea.

Ps. CXVIII. — [o] *odi.* [p] *intempestine.*

153 UIDE humilitatem meam et libera me quoniam legem tuam minime
oblitus sum. 154 Iudica iudicium meum et redime me et uerbo
tuo uiuifica me. 155 Longinqua a peccatoribus salutem quoniam iusti-
ficationes tuas minime requisierunt. 156 Miserationes tuae spatiose do-
mine saecundum iudicia tua uiuifica me. 157 Multi persecuntur me et
tribulant me a testimoniis tuis minime declinaui. 158 Uidi preuari-
cantes et torpentes eos quia eloquia tua minime custodierunt. 159 Uide
quoniam precepta tua dilexi secundum misericordiam tuam uiuifica
me. 160 Principium sermonum tuorum ueritas et in aeternum omne iu-
dicium iustitiae tuae.

161 PRINCIPES persecuti sunt me gratis et a sermonibus tuis expauit
cor meum. 162 Sex[t]us [q] ego sum super eloquia tua ut inueniens
spolia multa. 163 Mendacium odiui et profanaui legem tuam dilexi.
164 Septies in die laud[aui] [r] te propter [s] iudicia iustitiae tuae. 165 Pax
multa diligentibus legem tuam et non est ipsis scrupulum. 166 Spe-
raui in salutari tuo domine et mandata tua feci. 167 Custodiuit anima
mea testimonia et dilexit ea ualde. 168 Custodiui praecepta tua et te-
stimonia tua quoniam omnes uiae meae coram te.

169 PERUENIAT oratio mea in conspectu tuo domine saecundum uerbum
tuum erudisti me. 170 Introeat uota mea ante faciem tuam sae-
cundum eloquium tuum uiuifica me. 171 Eructuantur labia mea hym-
num quoniam docuisti me iustificationes tuas. 172 Respondet lingua
mea eloquium tuum quoniam omnia mandata in tua iusta. 173 Fiat
manus tua adiutorium meum quoniam mandata tua elegi. 174 Confi-
debam in salutari tuo domine et lex tua [m]editatio [t] mea est. 175 Uiuat
anima mea et laudabit te et iudicia tua protegunt me. 176 Uagaba[r]
[ut] [u] oues periens quaere seruum tuum quoniam mandata tua non sum
oblitus.

[PSALMUS CXIX.]

1 ALTISSIMUM dominum cum tribularer ego exclamaui et exaudiuit
me. 2 Domine libera animam meam a labio mendoso et lingua
dolosa. 3 Qui[d] dabit tibi et quid adicit tibi lingua dolosa? 4 Sa

Ps. CXVIII. — [q] *sexus* [r] ex *laudemi* [s] ex *propterea* [t] *dneditatio* [u] *Vagabarunt* ead. m. corr. *vagabam.*

gitte potentis acute cum carbonibus rathamim. 5 Uae michi quoniam
incolatus mea longinquaui habitaui cum tabernaculis cedar. 6 Pluri-
mum habitauit sibi anima mea cum odientibus pacem. 7 Ego pax et
quia loquar ipsi sunt in praelio.

[PSALMUS CXX.]

1 LEVAVI oculos meos super montes unde ueniet auxilium meum.
2 Auxilium meum [a] a domino qui fecit caelos et terram. 3 Ne
des in lapsum pedem tuum neque dormitionem custodiae tuae. 4 Ecce
non dormitauit neque somnum capit custodiens israel. 5 Dominus cu-
stodit te dominus protectio tibi ad manum dexteram tuam. 6 Inter-
diu sol non (p. 236) nocebit te et luna in noctibus. 7 Dominus custo-
diat te ab omni malo custodiat etiam animam tuam. 8 Dominus custo-
diat exitum tuum et introitum tu[u]m [b] ex hoc nunc et usque in se-
culum.

[PSALMUS CXXI.]

1 IUCUNDATUS sum in dicentibus michi in domum domini ambulauimus.
2 Stantes erant pedes nostri in portis tuis hierusalem. 3 Hierusalem
aedificatio eius ut ciuitas copulatio eius in semetipsum. 4 Sexagenariae
ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel ad confitendum no-
mini tuo domine. 5 Quoniam ibi sederunt throni in iudicium throni in
domum dauid. 6 Spondite pacem in hierusalem abundare diligentibus
te. 7 Fiat pax in uirtute tua qui est in turribus tuis. 8 Propter fratres
meos et proximos meos loquebar pie pacem in te. 9 Propter domum
domini dei nostri quaesiui bona tibi.

[PSALMUS CXXII.]

1 AD te leuaui etiam oculos meos sedentem in caelis. 2 Ecce sicut
oculi seruorum ad manus dominantium eos. Sicut oculi ancillae
ad manus domine suae sic oculi nostri super dominum deum nostrum

Ps. CXX. — [a] *meum det* [b] *tum.*

donec misereatur nobis. 3 Miserere nobis domine miserere nobis quia
plurimum impleti sumus improperii. 4 Plurimum refert sibi anima no-
stra raritatis et abundantiae et improperii superuorum.

[Psalmus CXXIII.

1 Nisi quia dominus erat in nobis dicat pius israel. 2 Nisi quod [a] do-
minus erat nobis **bacum** super nos homines. 3 Tunc uiuos glut-
tissent nos praeponebatur ira eorum in nos. 4 Nempe aqua mersisset
nos. 5 Torrens transiuit contra animam nostram. Tunc transierunt
contra animam nostram aquas intollerabiles. 6 Benedictus dominus qui
non dedit [nos] in uenationem dentibus eorum. 7 Anima nostra ut passer
liberata est a foss[a] [b] insidiarum. Fossa dissipata est nos ipsi expas-
sauimus. 8 Adiutorium nobis in nomine domini facientis caelum et
terram.

[Psalmus CXXIV.

1 Confidentes in domino secundum mons sion non errabunt in aeter-
num sedes. 2 Hierusalem montes in circuitu eius et dominus in
circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in saecula. 3 Quoniam non
requiescat uirgam impiorum donec possident iusti ita ut non exten-
dant iusti in nequitiis manus suas. 4 Benefac domine omnibus bonis
et qui diriguntur in corde eorum. 5 Et fallaces et peruersos abducat
dominus cum operantibus inutilia pax super israel.

[Psalmus CXXV.]

1 In conuertendo dominum **cum** captiuitate sion fuimus sicuti somniati.
2 Tunc impletum est gaudium oris nostri et lingua nostra laudis [a]
cum dixerint in gentibus magnificauit dominus facere cum istis. 3 Ma-
gnificauit dominus facere nobiscum facti sumus iucundantes. 4 Con-
uersio domini cum conuersione nostra ut torrentes in austro. 5 Qui se-
minant in lacrimis in uotis metent. 6 Euntes ibant et flebant segre-
gans semina. Uenientes autem uenient in laude feren[te]s [b] manipu-
los suos.

Ps. CXXIII. [a] ex *quia* [b] *fosse.*
Ps. CXXV. — [a] ex *laudas* [b] *ferens.*

[Psalmus CXXVI.]

1 Nisi dominus edificauerit domum frustra doluerunt aedificantes in
eo si dominus non custodit [u]rbem [a] uane lucubrauit [b] custodiens.
2 Frustra uobis manicare surgere post sessum manducantes panem
dolorum cum dederit dilectis eius somnum. 3 Ecce hereditas domini
filii merces fructus uteris. 4 Ut sagitte in manu potentis ita fili ex
cussorum. 5 Beatus uir qui impleuerit et desideria eius ab ipsis non
confundentur cum loquuntur [c] cum inimicis suis in porta.

[Psalmus CXXVII.]

1 Beati omnes timentes dominum ambulantes in uiis eius. 2 Sum-
ptum palmarum suarum cum manducaueris beatitudo tua et bo-
nitas tibi. 3 Uxor tua ut sarmenta crescentia in fundis domus tuae filii
tui ut nouellae oleastrae circumeuntes mensam tuam. 4 Ecce sic be-
nedicetur homo timens dominum. 5 Benedicat te dominus ex sion et
uideas in bonis ierusalem omnibus diebus uitae tuae. 6 Et uideas filios
filiis tuis pax super israel.

[Psalmus CXXVIII.]

2 Saepe tribulauerunt me a pueritia mea etenim non potuerunt mi-
chi. [a] Saepe fatigauerunt me a pueritia etenim non potuerunt michi.
3 Super ceruicem meam arabant arantes longificantes sulcum eo-
rum. 4 Dominus iustus concidit laqueos impiorum. 5 Confundantur et
reuocentur retrorsum omnes odientes sion. 6 Fiat ut cepula tectorum
antequam cresceret aruit. 7 Et non compleat manum suam secator
nec senum eius manipulator. 8 Et non dicent transeuntibus benedictio
domini super uos benedicite uos in nomine domini.

Ps. CXXVI. — [a] *orbem* [b] *lucrubravit* [c] ead. m. ex *locuntur.*
Ps. CXXVIII. — [a] *Super* I. m. del.

[Psalmus CXXIX.]

1 A profundis inuocaui te domine. 2 Dominantium exaudi uocis meae
fiant aures tuae auscultantes uocem deprecationis meae. 3 Si ini-
quitates obseruabis [a] domine dominantium quis sustinebit? 4 Quoniam
apud te propitiatio propter legem. Toleraui domine 5 sustinuit anima
mea et sermonem eius expectaui. Anima mea domino 6 a custodia
matutina a custodia matutina. Spera israel in domino 7 quoniam cum
domino misericordia et multa aput eum rede[m]ptio [b]. 8 Et ipse libe-
rabit ipsum israel ab omnibus iniquitatibus eius.

[Psalmus CXXX.]

1 Domine ne supercilietur anima mea neque exaltentur oculi mei et
non ambulabo in magnis nec in mirabilibus ultra me. 2 Si non
adaequabo et conticeam animam meam ut perlactatus super matrem
meam ut retribuas super me animam meam. 3 Sperat israel super
dominum ex hoc nunc et usque in saecula.

[Psalmus CXXXI.]

1 Memento domine ipsius dauid cum omni lenitate eius. 2 Quae iura-
uit domino uouit potentissimo iacob. 3 Si ingressus fuero in ta-
bernaculo domus meae si ascendam super lectum stratus mei. 4 Si
dedero somnum oculis meis et palphebris meis dormitationem. 5 Donec
inueniam locum domino tabernacula summo deo iacob. 6 Ecce audiui-
mus ea in eufrata inuenimus eam in eufrata inuenimus eam in
agro idoneo siluae. 7 Ingrediamur in tabernaculis eius adoremus sca-
billo pedum eius. 8 Exurge domine in requiem tuam tu et arca tua
uirtutis tuae. 9 Sacerdotes tui uestientur iustitiam et sancti tui lauda-
bunt. 10 Propterea dauid seruus tuus non auertat faciem christi tui.
11 Iurauit dominus ad dauid ueritatem non penetebitur in eo a fru-
ctu uentris tuae ponam throno tuo tibi. 12 Si custodierint filii tui te-

Ps. CXXIX. — [a] *observab.* [b] *redeptio.*

stamentum meum et testimonia mea ista docebo e[o]s [a] etiam filii eorum
usque in aeternum sedebunt in thronum tuum. [13] Quoniam elegit domi-
nus sion deputauit eam in habitaculo sibi. [14] Haec requies mea donec
saecula hic sedebo quoniam dicaui eam. [15] Abundantiam eius bene-
dicens benedicam et pauperos eius implebo panes. [16] Et sacerdotes
eius induas salutare et sancti eius exultation[e] [b] exultabuntur. [17] Ibi
exaltabo cornum dauid paraui lucernam christo meo. [18] Inimicos eius
induam confusionem et super ipsum floriat sanctificatio mea.

[Psalmus CXXXII.]

[1] Ecce quid bonum et quid iucundum habitare [a] fratres etiam simul.
[2] Ut unguentum super caput descendet super barbam barbam
aaron. Cum descendat super os uestimenti eius. [3] Sicut ros aermon
descendens super montes sion. Quoniam ibi mandauit dominus cum
benedictione uitam in saecula saeculorum.

[Psalmus CXXXIII.]

[1] Ecce benedicite cum domino omnes serui domini stantes in domum
domini [2] in noctibus. Levate manus uestras sanctae et benedicite
cum domino. [3] Benedictio tua domine a sion faciens caelos et terram.

[Psalmus CXXXIV.]

[1] Laudate cum nomine dominum laudate seruos domini. [2] Stantes
in domum domini in atriis domus dei nostri. [3] **Alleluia** quoniam
bonus dominus psallite nomini eius quoniam preclarum. [4] Quo-
niam iacob elegit sibi dominus israel. [5] Quoniam ego cognoui
quia magnus dominus et dominatur nostri super omnes deos. [6] Om-
nia quae uoluit dominus faecit in caelis et in terra in mari et
in omnibus abyssis. [7] Auriens nubes a finibus [terrae] corrusca-
tiones pluuie faecit producens uentos a thesauris eius. [8] Qui per-
cussit primogenita egypti ab omine usque ad pecore. [9] Misit signa

Ps. CXXXI. — [a] *eius* [b] *exultationi.*
Ps. CXXXII. — [a] *habitares* [b] *descendens.*

et portenta infra te egypte in pharao et in omnibus seruis eius.
10 Qui percussit gentes magnas et interfecit reges fortes. 11 Seon
regem amorreorum et og regem basan et omnes reges chanaan.
12 Et dedit terram eorum hereditatem [hereditatem] israel populo
suo. 13 Domine nomen tuum in saecula domine memoria tua in
generatione et generatione. 14 Quoniam iudicat dominus populum
suum et super seruos suos deprecabitur. 15 Idola gentium argentum
et aurum opera manus hominum. 16 Os habent et non loquentur ocu-
los habent et non uidebunt. 17 Aures habent et non audiant etenim
non est spiritus in ore eorum. 18 Similes illis fiant facientes ea et om-
nis qui confidit in eis. 19 Domus israel benedicite **cum** domino. Do-
mus aaron benedicite **cum** domino 20 Domus ipsius leui benedicite
dominum qui timent dominum benedicant **cum** domino. 21 benedictus
dominus ex sion habitans ierusalem.

[Psalmus CXXXV.]

1 Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculo misericor-
dia eius. 2 Confitemini deo deorum quoniam perpetua misericor-
dia eius. 3 Confitemini dominatori dominantium quoniam in perpetuum
misericordia eius. 4 Facienti mirabilia magna solus quoniam in aeter-
num misericordia eius. 5 Quī fecit caelos in prudentia quoniam in sae-
culo misericordia eius. 6 Qui (*sic*) Confirmanti terram super aquas quo-
niam perennis misericordia eius. 7 Qui faecit luminaria [a] magna quoniam
in saeculo misericordia eius. 8 **Et** solem in potestate diei quoniam in
saeculo misericordia eius. 10 Qui percussit egyptum in primogenitis eius
quoniam in saecula misericordia eius. 11 Qui produxit israel de medio
eorum quoniam in saeculo misericordia eius. 12 In manu forti et bra-
chio excelso quoniam in saecula misericordia eius. 13 Qui diuisit mare
rubrum in diuisiones quoniam in seculo misericordia eius. 14 Et edu-
xit israel a medio eius quoniam in secula misericordia eius. 15 Et
escussit pharao et uirtutem eius in mari rubro quoniam perpetua mise-
ricordia eius. 16 Et iter fecit populo suo (p. 237) in deserto quoniam per-
petua misericordia eius. 17 Qui percussit reges magnos quoniam per-
petua misericordia eius. 18 Et interfecit reges eximios quoniam in
saecula misericordia eius. 19 Seon regem amorreorum quoniam pe-

Ps. CXXXV. — [a] *lumanaria.*

rennis misericordia eius. 10 Et og regem basan quoniam in secula
misericordia eius. 11 Et dedit terras eorum hereditatem quoniam in
secula misericordia eius. 12 Hereditatem israel seruo suo quoniam
in seculum misericordia eius. 13 Quia in humilitate nostra memor fuit
nostri quoniam in seculum misericordia eius. 14 Et redemit nos a
tribulantibus nos quoniam in secula misericordia eius. 15 Danti pa-
nem omni carni quoniam in secula misericordia eius. 16 Confitemini
altissimo celorum quoniam in secula misericordia eius.

[Psalmus CXXXVI.]

1 Super flumina babilonis ibi sedimus et fleuimus in commemoratione
cum sion. 2 Ad occasos [a] in medio eius suspendimus citharas
nostras. 3 Quoniam ibi spoponderunt captiuantes nos sermones can-
tici et pependerunt iucunditates cantici nostri ex cantico sion. 4 Quo-
niam modo cantemus **cum** cantico domini super aruas peregrinas.
5 Si enim obliuiscar ierusalem obliuiscatur me dextera mea. 6 Adhe-
reat lingua mea faucibus meis si non meminerim nisi non preordina-
uero **cum** hierusalem super caput gaudii mei. 7 Memor esto domine
filiorum edom **cum** diem ierusalem. Dicentibus aurite aurite donec
fundamentum [in ea] [b]. 8 Filia babylonis misera beatus qui restituit
tibi cum retributione tua quam retribuisti nobis. 9 Beatus apprehen-
dens et adlidens cum paruulis tuis super petra. *

(*Deest* Ps. CXXXVII).

[Psalmus CXXXVIII.]

16.... derunt oculi tui et ad librum tuum uniuersa scribentur die
formantur et non semel in ipsis. 17 Et michi quid cari sunt amores
tui altissime quid ossata sunt capita eorum. 18 Numerus eorum super
arena multiplicatur exspergefactus sum et repeto tecum. 19 Si enim
interficeris deus impium et uiros sanguinum remoue a me. 20 Quo-
niam amaricauerunt te in prauitate iactantur uanitati aemuli tui. 21 Aut
non odientes te domine odio habui et resurgentibus tibi torpescebam?

Ps. CXXXVI. — [a] *occa*sasos. [b] *impa.*

* Ps. CXXXVII et pars sequentis desunt, abscissa membranae parte ab ignoto depictarum membranarum fure.

12 Integrum odium oderam eos pro inimicis facti sunt michi. 13 Exquire
me deus et scito cor meum proba me et scito safari. 14 Et uides si
uia culpae in me et dirige me in uia perpetua.

[Psalmus CXXXIX.]

2 Libera me domine de adam malo a uiris iniustis conseruasti me.
3 Quas cogitauerunt malitias in cor totum diem incolauerunt
praeliis. 4 Acuerunt linguam eorum sicut colubra uenenum uipere
sub labiis eorum. † 5 Custodi me domine de manu impii a uiris ini-
quis conserua me qui cogitauerunt propellere gressus me[o]s [a]. 6 Ce-
lauerunt superue muscipulam michi et funes extenderunt retiarum
in loco flexuoso offendicula posuerunt michi. † 7 Dixi domino altissi-
mus meus es tu inaurire domine uocem deprecationis mee. 8 Do-
mine dominantium uirtus salutis meae obumbrasti capiti meo in die
certaminis. 9 Ne dares domine concupiscentiam impii cogitatus eius
non conueniat exaltetur. 10 Caput tortuosum labior laborum [b] co-
periet eos. 11 Ruentes super eos carbones ignifere destruet eos in
deiectionibus suis numquam resurgent. 12 Uir linguosus numquam
dirigetur in terra uirum prauum male capiant interitus. 13 Scio quo-
niam faciet dominus iudicium pauperis iudicium egenum. 14 Tamen
iusti confitebuntur nomini tuo commendantes equitatem ipsius uul-
tus tui.

[Psalmus CXL.]

1 Domine exclamaui [ad] te adcelera michi inaurire uocem meam cum
clamauero te. 2 Ordinetur oratio mea incensum coram te ele-
uatio manum mearum oblatio uespertina. 3 Constitue domine custo-
dia[m] [a] ori meo munitionem super limen labiorum meorum. 4 Ne inclinet
cor meum in sermone malo fingendi figmenta in inpietate cum uiris
operantibus inutile et numquam gustabo in dulcitudinibus eorum.
5 Erudiat me iustus in misericordia et arguat me oleum initii non
transferat caput meum quoniam iterum oratio mea in inimicitiis eo-

Ps. CXXXIX. — [a] *meus* [b] ex *labior.*
Ps. CXL. — [a] *custodia.*

rum. 6 Rapiantur in manu petrae propinquitates eorum et audiant
uerba mea quoniam preparata sunt. 7 Sicut colonus et arator terrae
dispersa sunt ossa nostra ad os inferorum. 8 Quoniam ad te domine
dominantium oculi mei in te speraui ne uanescat anima mea. 9 Custodi
me a manu fossae insidiatae michi ab offensionibus operantium inique.
10 Cadent in cassibus eius impii singularis ego sum donec transeam.

[Psalmus CXLI.]

2 Uocem meam dominum ad dominum uocabo uocem meam ad
dominum praecaui. 3 Effundam in conspectu eius loquellam meam
tribulationem meam in conspectu eius adnuntiabo. 4 Conuertetur in [me]
spiritus meus et tu cognouisti semitas meas in itinere quod ambu-
laui absconderunt fossam michi. 5 Inspexi dexteram et uidi et non
erat michi cognita periit fuga de me et non erat quaerens animam
meam. 6 Uociferaui ad te domine dixi tu es spes mea copulatio mea
in terra uiuentium. 7 Auscultate super orationem meam quoniam
humiliatus[a] sum usquequaque libera me a persequentibus me quoniam
ossuati sunt ultra me. 8 Profer ab inclusione animam meam ad con-
fitendum modo nomini tuo in me coronabuntur iusti quoniam retri-
buisti michi.

[Psalmus CXLII.]

1 Domine exaudi orationem meam inaurire altissime precem meam
in fidelitate tua responde michi secundum iustitiam tuam. 2 Et
ne inducas in iudicio cum seruo tuo quia non iustificatur in conspe-
ctu tuo omnis uiuens. 3 Quoniam persecutus est inimicus animam
meam adlisit in terra uitam meam 4 posuit me in tenebrosis ut mor-
tuum aeternum. Et scouebat in me spiritus meus infra me turbatum
est cor meum 5 memineram dierum antecedentium meditaui in om-
nibus operibus tuis in factura manum tuarum diuulgabar. 6 Extendi
manus meas ad te anima mea ut terra rara ad te. ÷ 7 Adcelera ex-
audi me domine defecit anelitus meus ne abscondas faciem tuam a
me et conparabo[a] cum descendentibus lacum. 8 Audire me fac mane
misericordiam tuam quoniam in te speraui insinua michi uiam quam

Ps. CXLI. — [a] *humiliastus.*
Ps. CXLII. — [a] *comparabo.*

ambulem quoniam ad te tuli animam meam. 9 Libera ab inimicis
meis domine ad te oculi [b]. 10 Doce me facere acceptabilia tua quo-
niam tu es deus meus spiritus tui bonitas dirigat me in terra equi-
tatis. 11 Propter nomen tuum domine uiuifica me per iustitiam tuam
produc ab angustia animam meam. 12 Et in misericordia tua extin-
guas inimicos meos et disperdes omnes tribulantes animam meam
quoniam ego seruus tuus.

[Psalmus CXLIII.]

1 Benedictus dominus firmamentum meum docens manus meas in
praelio digitos meos in certamine. 2 Misericordia mea et refu
gium meum susceptor meus et liberator meus michi protectio mea
et in eo speraui subiciens populos sub me. 3 Domine quid adam et
documentum eius? filius hominis [a] et cogitatus eius? 4 adam in uani-
tate similat[us] [b] dies eius sicut umbra transierunt. 5 Domine inclina cae-
los tuos et descinde tange in montibus et fumigant. 6 Corusca ful-
gore et disparguntur iacta sagittas tuas et sauciabis eos. 7 Mitte ma-
num tuam ab altitudine redime me et libera me ex aquis nimi[i]s [c] de.
manu filiorum alienorum. 8 Quanta os eorum locutum est frustra et
dextera eorum dextera mendacii. 9 Deus canticum nouum cantabo
tibi in nabla decem plosa psallam tibi. 10 Qui das salutem imperiis
qui liberas cum modo dauid etiam seruum suum a framea malorum.
11 Erue me et libera me de manu filiorum alienorum quorum os eo-
rum locutum est uanae et dextera eorum [d] dextera mendosa. 12 Diui-
tiae partus nostri ut nos eleuans te in pueritia sita uero ut illi [e] an-
gulis foraminos assimilantes [f] [t]emplum 13 horrei nostri plenum fun-
dens ex hoc oues nostrae uariae et fetosae [in] [e]gressionibus [g]
[suis]. 14 Pecora nostra nutribiles sine partitione et [sine prolatione
uocae in plateis nostris. 15 Beatus populus cui haec sunt beatus
populus cui dominus deitas eius.

[Psalmus CXLIV.]

1 Exaltabo te domine rex [meus] et benedicam nomen tuum in saecula
saeculorum. (p. 238) 2 In omnibus diebus benedicam te et lau-

Ps. CXLII. — [b] forte legendum, *occulu*.

Ps. CXLIII. — [a] ex *filiis hominum* [b] *similat* [c] *nimis* [d] I. m. delevit, *eorum* [e] ead. m. del. *illi* *issimilantes. Templum* [g] *gressionibus*.

daui [a] nomen tuum in saecula et adhuc. 3 Magnus dominus et lau-
dabilis nimis et magnitudo eius sine inuestigatione. 4 Generatio et
generationi spondet facturam tuam et uirtutem tuam adnuntiant.
5 Decorem gloriae sanctitatis tuae et sermones mirabilium tuorum
abundabunt [b]. 6 Et firmamentum timendorum tuorum narrabunt et iu-
stitias tuas proferant. 7 Memoriam multitudinis bonitatis tuae eru-
ctuabunt et per iustitiam tuam exultabunt. 8 Indultor et miserator
dominus longanimus et multum misericors. 9 Bonus dominus in om-
nibus miserationes eius super omnem creaturam eius. 10 Confiteantur
tibi domine omnis creatura tua et sancti tui benedicant te. 11 Clari-
tatem imperii tui dicentes et potestatem tuam loquentes. 12 Ad pe.
ritiam [c] filiorum hominum potentatum eius et gloriam claritatis eius.
13 Imperium tuum imperium omnium seculorum et licentia tua in
omni generatione et generatione. 14 Saluat dominus omnes adlisos
et subbaiulat omnes destructos. 15 Oculi omnes super te sperant et tu
es dator panis cum nutrimentis oportunis. 16 Aperis etiam manus
tuas et satias omne animal acceptibile. 17 Iustus dominus in omni-
bus uiis suis et sanctus in omni creatura eius. 18 Prope dominus om-
nibus inuocantibus eum omnibus qui inuocant eum in ueritate. 19 Ac-
ceptibiles timentes eum faciet et cum oratione eorum exaudiet et sal-
uet eos. 20 Custodit dominus omnes diligent[es] [d] eum set omnes
impios exterminabit. 21 Hymnum domini loquetur os meum et be-
nedic[et] [e] omnis caro nomen sanctum eius in saecula saeculorum.

[Psalmus CXLV.]

2 Lauda anima mea cum dominum. Laudabo dominum in uita mea
psallam deo meo in perpetuitate mea. 3 Nolite confidere in prin-
cipibus in filiis hominum non est illis salus. 4 Exiens spiritus eius con-
uertitur in arua sua in die illo pereunt cogitationes eorum. 5 Beatus
deus tuus iacob in adiutorio eius spes eius [s]uper [a] dominum deum
eius 6 [F]actorem [b] caelorum et terrae et maria et omnia que in ipsis
7 custodiens ueritatem perenne. Faciens iudicia calumniatis dans cibum

Ps. CXLIV. — [a] *laudavit.* [b] forte legendum, *enarrabunt* petitiam [d] *diligentibus* [e] ex *benedicite*
Ps. CXLV. — [a] *eius. Super.* [b] *factorem.*

esurientibus dominus soluit compeditos. 8 Dominus inluminat cecos
dominus erigit adlisos dominus diligit iustos. 9 Dominus custodit etiam
aduenas pupillum et uiduam redintegrat et uiam peccatorum disper-
det. 10 Imperat dominus in saecula deus tuus sion in generationem
et generationem alleluia.

[Psalmus CXLVI.]

1 Laus dominus quoniam bonus psalmus dei nostri quoniam suauiter
meliorata est hymni. 2 Edificans ierusalem dominus et disparsio-
nes israel congregauit. 3 Curans contritos corde et sanans angustias
eorum. 4 Numerans multitudinem stellarum omnibus illis nominatim
clamat. 5 Magnus dominator noster et magna fortitudo eius et pru-
dentiae eius non est numerus. 6 Reficiens humiles dominus et deputans
impios usque terram. 7 Inchoate domino in gratiarum actione psallite
deo nostro in cithara. 8 Qui tegit caelos in nubibus ordinanti terrae
pluuiam germinanti montibus pauulum. 9 Danti animalibus panem
suum et filiis corborum qui inuocant eum. 10 Non in fortitudine aequi
uoluit neque in [tibi]is[a] uiri. 11 Accepto fer dominus cum timentibus
eum etiam expectantes misericordiam eius.

[Psalmus CXLVII.]

2 Lauda ierusalem cum dominum lauda deum tuum sion. 3 Quoniam[a]
confortauit seras portarum tuarum benedixit filios tuos in te.
4 Constituens finibus tuis pacem seuum trittici satians te. 5 Misit ae-
loquium suum terrae usque in celeritate currat sermo eius. 6 Qui dat
nibem sicut lanam et [nebulam sicut] puluerem spargens. 7 Proiciens
cristallum suum sicut frustra in conspectu frigoris eius quis sustinebit?
8 Emittet uerbum suum et tabescet ea [flabit] spiritus eius et lique-
scent aquae. 9 Adnuntians uerbum suum iacob interdicta eius et iudicia
eius ad israel. 10 Non fecit sic omni genti et iudicia eius non inuesti-
gantur alleluia.

Ps. CXLVI. — [a] *suis.*
Ps. CXLVII. — [a] *dat* ab ead. m. deletum.

[Psalmus CXLVIII.]

1 Laudate cum dominum per caelos laudate cum dominum altissi-
mis. 2 Laudate eum omnes angeli eius laudate eum omnes uir-
tutes eius. 3 Laudate eum sol et luna laudate eum omnia sidera lu-
minis. 4 Laudate eum nomina caelorum et aquae quae super caelos.
5 Laudate cum nomen domini quoniam ipse mandauit et creata sunt.
6 Et constituit ea in saecula saeculi praeceptum dedit et non transient.
7 Laudate cum domino per terram dracones et omnes abyssi. 8 Ignis
et grando nix et gelicidium spiritus procellae fecit sermo eius. 9 Mon-
tes omnesque colles ligna frugifera et omnes caedri. 10 Animalia et
omne pecus reptilia et uolatilia pinnata 11 reges terrae et omnes tri-
bus principes et omnes adfinitates terrae. 12 Iuuenes sed et uirgines
seniores cum pueris. Laudent simul nomen domini 13 quoniam exalta
tum est nomen eius unice et 14 confessio eius ad terram et caelos. Et
exaltet cornum populi sui hymnus omnibus sanctis eius filiis israel
populo proximanti sibi.

[Psalmus CXLIX.]

1 Cantate domino canticum nouum hymnus eius in ecclesia iustorum.
2 Iucundetur israel in factore suo et filii sion exultentur regi suo.
3 Laudabunt nomini eius in choro in tympano et psalterio psallant ei.
4 Quoniam acceptibilis dominus in populo suo coronans mites in sa-
lute. 5 Glorientur sancti in gloria laetentur super cubiles suos. 6 Exalta-
tur altissimus in faucibus eorum et framea[e] bifrontes [a] in manu eorum.
7 Ut faciat uindicta in gentibus correptiones in gentibus. 8 Ut legaret
reges eorum in cathenis et glorios[o]s [b] eorum in compedibus ferreis.
9 Ut fiat in ipsis iudicium cautum decus est omnibus sanctis eius al-
leluia.

[Psalmus CL.]

1 Laudatur altissimus in sanctimonio suo. Laudate eum in solida-
mento imperii eius. 2 Laudatus est in uirtutibus eius. Laudate
eum secundum multitudinem magnificentiae eius. 3 Laudatus est

Ps. CXLIX. — [a] *frameabi frontes* [b] *gloriosus.*

in tuba[a] cornua. Laudatus est in psalterio et cithara. 4 Laudate eum in tympano et choro. Laudate eum in cordis et organo. 5 Laudate eum in cymbalis benesonantibus. 6 Laudate in titinnis iuuilatus omni[s][b] spiritus lau[det][c] deum **alleluia**.

Ps. CL. — [a] ex *tubantibus* ead. m. corr. *omni* fortasse, *laudate*.

APPENDIX

SIGLAE PRO CRITICA TEXTUS

litterae nigriores = hebr. revis. corr.
asteriscus = voces afric.
unci [ ] = lect. peregrinae
parentheses ( ) = duplicatae lect.
M = textus hebraicus
Hh = Hier. psal. hebr.
+ = additio
> = omissio

Sg. = Psalt. Sangermanense
G^L = LXX iuxta Luciani recens.
Aq = Aquila
Σ = Symmacus
Θ = Theodotion
E′ = V Editio
R = Psalt. Veronense
A = Psalt. Augustini

I.

SPECIMEN PSALTERII CASINENSIS

CRITICE IUXTA FONTES EXAMINATI

Psalmus XXI.

Ex Codice Casin. 557.

2. **Deus meus, Deus meus,** ut quid * dereliquisti me ? Longe a salute mea verba delictorum meorum.

3. Deus meus [clamavi] in die et non exaudies; et nocte, **et non** * (in) **silentio mihi.**

4. Tu vero **sancte inhabitans** *: laus Israel.

Psalter. Veronense et Augustini.

1. In finem pro susceptione matutina. Psalmus ipsi David.

2. *Deus* Deus meus respice in me: *quare me reliquisti?* longe a salute mea, verba delictorum meorum. *(Sg. labiorum).*

3. Deus meus *clamabo ad te* (Sg. om. *ad te*) *per diem nec* exaudies: et nocte, et non *ad insipientiam* mihi.

4. Tu *autem in sancto habitas,* laus Israel.

Ex Tertulliano (T).

3. Deus meus clamabo per diem et [non] exaudies: et nocte non in vanitatem mihi (*Lib. 4 adv. Marc.*).

Ex Cypriano (Cyp.)

V. 2. — Pars I. versiculi iuxta textum hebr. (M) + *meus* > *respice in me* cum Hieronymi versione ex hebr. (Hh.) excepta voce afr. *ut quid* pro *quare* bis etiam apud Aug. occurrente. Altera vero pars cum LXX praesertim in voce *delictorum meorum* contra M. et Hh. = *rugitus mei.*

V. 3. — Pars I. cum M. praeter *clamavi* bis apud Aug. > *ad te* = G^L indiciumne vetustissimae lectionis LXX praelucianeae? Altera pars cum M. praeter praep. *in*, quae fortasse alludit LXX et Tert. *in vanitatem.* Porro huiusmodi *lectiones duplicatae*, familiares quidem huic Psalterio in speciali Indice collectae sunt.

V. 4. — Pars I. cum M. et Hh. praeter *tu vero* = LXX et Syro-Hexaplari. Altera pars cum LXX, Hh., et Syro *laus* contra M. *laudes.*

5. Super * te speraverunt patres nostri: speraverunt et liberasti * eos.

6. **Deitatem tuam invocantes** salvi facti sunt: in te speraverunt et non sunt confusi.

7. Ego autem vermis et non homo: inproperium hominum et nullificamen * populi.

8. Omnes aspicientes me subsannaverunt me: locuti sunt labiis suis, moverunt caput.

9. Speravit super Dominum liberet * eum: salvet * eum **quoniam voluntas in eo.**

5. *In* te speraverunt patres nostri: speraverunt et *eruisti* eos.

6. Ad te *clamaverunt, et* salvi facti sunt; in te speraverunt et non sunt confusi.

7. Ego autem sum vermis et non homo: *obprobrium* hominum et *abiectio plebis.*

8. Omnes *qui conspiciebant* (Sg. *qui videbant*) me, subsanna*bant* me: *et* locuti sunt *in* (Sg. om. *in*) labiis, *et* moverunt caput.

9. Speravit *in Domino,* eruat (Sg. *eripiat*) eum: salvum faciat eum, quoniam voluit (Sg. *vult*) eum.

---

7. *Ego autem sum vermis et non homo:* ignominia hominis et nullificamen populi. (*Ibid. lib. 3*).

8. Omnes qui spectabant me naso inridebant me: locuti sunt labiis, et capita moverunt. (*Ibid. lib. 4*).

9. Speravit in Deum liberet eum. (*Ib. lib. 4*).

Ego autem sum vermis et non homo: maledictum hominis et abiectio populi. (*Testim. Lib. 2*).

Omnes qui videbant me despiciebant me et locuti sunt in labiis et moverunt caput.

9. Speravit in Domino eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum. (*Ib. lib. 2*).

V. 5. — Cum M. et LXX ubi notanda africana vox *liberasti*, quae apud Psalt. Veron. R) et Augustinum (A) in *eruisti* mutatur.

V. 6. — Pars I. cum M. ubi tamen lectio *Deitatem tuam* pro *Ad te* ex textu praemasoretico אליך orta est. Idem error occurrit etiam in Ps. 55 [4]. Huiusmodi vero equivocae interpretationes frequentes adsunt in hac versione, ut ex speciali earumdem schemate videri potest.

V. 7. — Totus cum M. et LXX, subintelligens *sum* cum M. et + *autem* cum LXX. Notanda vox *inproperium*, frequentissima et fere semper respondens voci *obprobrium*, quae in nostro Psalterio prorsus desideratur. Item *inproperare* pro *exprobrare*. Quae voces potius *italae* quam *africanae* videntur. — Specialis vero attentionis digna est vox perrara et tertullianea *nullificamen* (εξουθενημα). Quae quidem vetustae africanae originis esse non secus ac *nullificare* (et *innullare* Cypr.) (εξουθενειν) evidenter apparet eo quod bis apud Tert. occurrit.

V. 8. — Cum M. et LXX ubi notanda + *suis*, > *et* ante *locuti* et *moverunt* iuxta M. et LXX, licet occurrant apud Cyprianum. At vox *locuti sunt* cum LXX contra M.

V. 9. — Pars I. cum LXX praesertim ob *super* (επι); altera tamen pars prorsus a M. pendet, quippe quod *voluntas* pro *voluit* ex voce חפץ equivocam significationem in textu praemasoretico praebente, derivata est.

10. Quoniam tu extraxisti me ab utero: spes mea super mammas * matris mee.

11. Super * te proiectus sum a vulva: * ex utero matris meae Deus meus es tu.

12. Ne longinquas * a me: cum [iudicium] prope est: quia non est **adiutor.**

13. Circundederunt me vituli plures, tauri pingues **[circumvenerunt me].**

14. Aperuerunt contra me os suum, ut (leones rapientes et frendentes).

15. Ut maris effusus sum: et disparsa * sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum sicut cera liquescens in medio ventris mei.

10. Quoniam *tu es qui* me extraxisti (Sg. *abstraxisti*) *de ventre ;* spes mea ab uberibus matris meae.

11. *In* te *iactatus* (Sg. *Ad te proiectus*) sum *ex utero; de ventre* matris meae Deus meus es tu.

12. Ne *discedas* (Sg. *Ne discesseris*) a me: quoniam tribulatio proxima est: *quoniam* non est *qui adiubet* (Sg. *adiuvet*).

13. Circumdederunt me vituli *multi*: tauri pingues obsederunt me.

14. Aperuerunt *in* me os suum, sicut *leo rapiens et rugiens.*

15. Sicut aqua effusus sum (Sg. *effusa sunt*); et dispersa (Sg. *disparsa*) sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tamquam cera liquiscens (Sg. *liquescens*), in medio ventris mei.

---

10. Quoniam tu es qui avulsisti me ex utero: et spes mea ab uberibus matris meae. (*Lib. de carne Chr.*).

11. Super te sum proiectus ex vulva: et ab utero matris meae, Deus meus es tu. (*Ibid.*).

V. 10. — Potius = M. quam = LXX ob > *es qui* cum Aug. praesertim propter *ab utero* מבטן. Item ob *super mammas* = על־שדי, dum Hh. et LXX et versio Syriaca משדי legisse videntur. Hanc quoque vocem inter genuinas africanae originis von Soden (326) iure collocavit.

V. 11. — Cum M. et LXX *Super te* cum Tert. sed non praelucianea lectio *ab utero* απο γαστρος sicut apud Tert.

V. 12. — Cum M. et LXX. Vox *iudicium* (= tribulatio) est ignotae originis. *Longinquare* et *elonginquare* haud infrequentes in hoc Psalterio, neque Tertulliano et Pseudo-Cypriano ignotae. (cf. Rönsch p. 170 et de laude martyrii), ubi (ex Ps. 72, 27) *qui longinquant abs te peribunt.* (Item Cypr. infra v. 20).

V. 13. — Cum M. et LXX. Lectio *circumvenerunt* fortasse ex Symmacho.

V. 14. — Contra M. et LXX pro singulari habet *leones rapientes et frendentes* quae postrema vox ex Aquilae et Sym. βρυχομενος derivata videtur.

V. 15. — Lectio *Ut maris* (= Ut aqua) ex hebr. codice in quo pro כמים legit כים originem ducit.

16. Aruit * sicut * testa * **fortitudo** * mea, et lingua mea adhesit gutturi * meo: et in pulvere mortis [consistas mihi.]

17. Quoniam circumvenerunt(dederunt) * me canes: coagulatio malignantium tenuerunt me.

18. Effoderunt * manus meas et pedes meos: **enarraverunt** omnia ossa mea, et ipsi inspexerunt, **viderunt in me.**

19. Partiti sunt vestimenta mea sibi: et super amictum meum miserunt sortem.

16. *Exaruit velut* testa (Sg. *sicut testum*) *virtus* mea; et lingua mea adhaesit *faucibus meis:* et in pulvere*m* mortis *deduxisti me* (Sg. *deduxerunt*).

17. Quoniam circum*dederunt* me canes *multi: Concilium* malignantium *circumdedit me* (Sg. *obsedit* me).

18. *Foderunt* manus meas et pedes (Sg. *pedes meos*): *dinumeraverunt* omnia ossa mea. Ipsi *vero consideraverunt* me et conspexerunt me.

19. *Diviserunt sibi* vestimenta mea: et super *vestimentum* meum miserunt sortem.

---

16. adglutinata est gutturi meo. (*adv. Marc.* IV, 42).

17. Circumdederunt me canes: synagoga maleficorum circumvallavit me. Foderunt manus meas et pedes (meos) (*Ibid. lib. 4, 40*).

18. Dinumeraverunt omnia ossa mea. (*De resurr. carnis*).
Ipsi autem contemplati sunt et viderunt me. (*Ib. Adv. Iudeos c. 13*).

19. Dispertiti sibi sunt vestimenta mea, et in vestitum meum sortem miserunt. (*Adv. Marc.* IV, 41).

16. Aruit velut testa fortitudo mea: et lingua mea adglutinata est faucibus meis. (*Testim. lib. 2*).

17. Effoderunt manus meas et pedes (*Novat. de Trin. Testim. lib. 2. Codd. W. L. v*). *Lact.* † meos.

18. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi autem contemplati sunt et viderunt me. (*Testim. lib. 2*).

Et diviserunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam sortem miserunt (*Testim. lib. 2 et Lact.*).

V. 16. — Pars I. potius cum M. et Hh. *fortitudo;* altera vero pars cum LXX λαρυγγι et Tert. *gutturi.* Lectio *consistas mihi* (= deduxisti vel deduxerunt me) ignotae est originis.

V. 17. — Lectio tertullianea *circumdederunt* mutata fuit in *circumvenerunt.* Post *canes* > *multi* cum M. Vox *coagulatio* (= synagoga vel concilium) occurrit etiam in Ps. 67 [31]. Lectio *tenuerunt* obscurae originis. Cf. etiam in Ps. 87 [18] eandem lect. in eodem casu.

V. 18. — Pars I. cum LXX et Cypr. excepto fortasse *meos* post *pedes.* Pars II. cum M. et LXX ubi l. *enarraverunt* (= dinumeraverunt) ex eadem rad. heb. Notandum hebraismum *in me.*

V. 19. — Lectiones *partiti sunt* et *amictum* fortasse ab afr. *diviserunt* et *vestem* emendationem proferunt.

20. **Et nunc** domine ne longinquas * adiutorio meo: et in auxilio meo **festina.**

21. Eripe a framea animam meam: et de manu canis unicam meam.

22. **Salva me ex ore leonis**: et a cornibus unicornuorum * humilitatem meam.

23. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiae laudabo te.

24. **Timentes Dominum** laudate eum: totum semen Iacob (magnificate) glorificate eum.

25. Timeant eum omne semen Israel. Quia non (spernet) neque (fastidiavit)

20. Tu autem Domine *ne longe feceris* (Sg. *ne moreris Domine*) *auxilium tuum a me* (Sg. > *ame*): *in defensionem meam* (Sg. *in defensione mea*) *aspice.*

21. Erue (Sg. *Eripe*) a framea animam meam: et de manu canis unicam meam.

22. *Salvum me fac* (Sg. *Libera me*) *de* ore leonis: et a cornibus unicornuorum humilitatem meam.

23. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiae (Sg. *in media ecclesia*) *cantabo te.*

24. Qui timetis Dominum laudate eum: *universum* semen Iacob *magnificate* eum.

25. Timeant (Sg. *Timeat*) eum omne semen Israel: *quoniam* non *sprevit*

---

22. Salvum me fac ex ore leonis et de cornibus unicornuorum humilitatem meam. (*Contra Iud. et adv. Marc.*).

23. Enarrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae hymnum tibi dicam. (*Adv. Marc. lib. 3*).

20. Tu autem Domine ne elonginquaveris auxilium tuum a me, in auxilium meum intende. (*Test. lib. 2, 20 WL. v.*).

21. Libera a gladio animam meam, et de manu canis.

22. Salva me ex ore leonis: et a cornibus unicornium humilitatem meam.

23. Enarrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. (*Test. lib. 2*).

V. 20. — Cum. M. et LXX ubi tamen l. *Et nunc* (= Et tu) ex confusione primae litt. rad. עתה (= אתה) orta est. Idem occurrit etiam in Ps. 58 [6]. De huiusmodi confusione loquitur etiam Hier. et Henry A. Sanders in *The old Testament manuscripts*. Part. I, p. 51, New York, 1910. Notandum *festina* cum M. Hh. ΑΣΕ'.

V. 21. — Cum M. et LXX Nota lect. antiquam *eripe* in R. A. mutatam in *erue*.

V. 22. — I. pars cum M. Hh. altera vero = LXX contra M. Hh. *exaudi me*.

V. 23. — Cum M. et LXX.

V. 24. — Pars I. cum M. Hh. — Altera vero duplicatam profert lectionem ex *magnificate* corr. *glorificate*. Contra ait Hier. in Epist. ad Sun. et Fretel.: « sciendum quod ubicumque in Graeco scriptum est *glorificate*, Latinus interpres *magnificate* transtulerit ».

precem pauperis. Neque avertit faciem suam **ab eo**: et dum **clamaret ad eum exaudivit.**

26. A te * laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

27. Edent pauperes et saturabuntur: et laudabunt Dominum **requirentes te**: vivet cor eorum in aeternum.

28. Memorabor(untur?) et convertantur super * Dominum omnes termini * terrae: et adorabunt **vultum eius** omnes tribus gentium.

29. Quoniam **ipsius Domini** imperium: * et **potestas** in gentibus.
30. Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae: in conspectu *

neque *despexit* precem pauperis (Sg. *pauperum*): neque avertit faciem suam *a me:* et *dum clamarem* ad eum exaudivit *me.*

26. *Aput* te laus mea (Sg. *mihi*): in ecclesia magna confitebor tibi. Vota mea *Domino* reddam, *coram timentibus* eum.

27. Edent pauperes et saturabuntur: et laudabunt Dominum *qui requirunt eum. Vivent corda* (Sg. *vivet cor*) eorum *in saeculum saeculi.*

28. *Commemorabuntur* (Sg. *Reminiscentur*) et conver*tu*ntur *ad* Dominum *universi fines* terrae. Et adorabunt *in conspectu* eius (Sg. *tuo omnes*) *universae patriae* gentium.

29. Quoniam Domini (Sg. *Dominus*) *est regnum: et ipse dominabitur gentium.*

30. Manducaverunt et adoraverunt omnes *divites* (Sg. *divi*) terrae: in con-

---

26. A te laus mihi in ecclesia magna confitebor tibi (adv. Marc. lib. 3).

28. Commemorabuntur et convertentur ad Dominum omnes termini terrae: et adorabunt in conspectu tuo universae patriae gentium.
29. Quoniam Domini est regnum: et ipse dominabitur omnium gentium.

V. 25. — Pars I. cum LXX ubi notanda vox rustica *fastidiavit*, II. pars cum M. *ab eo* contra LXX *a me* et *clamaret* contra *clamarem* LXX.

V. 26. — Cum M. ubi occurrit lect. tertullianea *A te* (= Apud te) contra LXX, quae aliud fortasse indicium lectionis praelucianeae praebet.

V. 27. — Mixtim cum M. et LXX ubi l. *requirentes te* (= eum) ex facili confusione ך pro ו idest, suff. 2 pers. pro suff. 3 pers.

V. 28. — Item mixtim cum M. et LXX ubi *adorabunt vultum eius* (= in conspectu tuo) ex textu praemasoretico et ex confusione supradicta suff.

V. 29. — Cum M. praesertim ob l. *ipsius Domini* ubi notanda familiaris scrupulositas interpretis nostri exprimendi etiam articulum et praeformantes litt. ל, ה, את, de quo cf. Indicem specialem I. Vox *botestas* (= dominabitur) textui praemasoretico debetur.

(eius) **flectentur** omnes discendentes in terra, et anima mea ips(i) vivet.

31. Semen meum serviet illi.

32. Adnuntiabitur Domino generatio ventura: et renuntientur iustificationes* **tuae** populo venturo * **quoniam factum est.**

spectu eius *procident* (Sg. *decident universi*) omnes *qui descendunt* (Sg. *descendent*) in terra. (Sg. *in terram*).

31. Et anima mea ipsi vivet: et semen meum serviet illi.

32. Adnuntiavitur Domino generatio ventura: et (Sg. om. *et*) *adnuntiabunt iustitiam eius* populo *qui nascetur* quem fecit Dominus.

V. 30. — Permixtim cum M. et LXX ubi notanda *flectentur* cum M. et Aquila κάμψουσι contra LXX *decident* et contra ΜΑΣ *in pulverem*. Verum lect. *ipsi vivet* ex LXX contra M. *non vivet* quia legit לוֹ pro לֹא.

V. 31. — cum LXX + *meum* quod in M. deest.

V. 32. — I. pars cum LXX contra M. Hh. *Narrabitur Domino in generatione: venient.* II. pars cum M. ubi rursum l. *tuae* (= eius) ex suff. hebr. confusione, et > *Dominus* Aq. Θ, contra LXX, et R. A. Vox *venturus* afr. apud v. Soden (144, 179).

Lectiones Ps. XXI ex Cod. Vat. Reg. 8 variantes a Psalt. Veron. et Aug.

v. 2. Deus Deus meus respice mihi quare me dereliquisti?

» 3. Deus meus clamabo die et non....

» 5. Super te s. p. nostrum: speraverunt et *liberasti* eos.

» 6. ..... *Super* te speraverunt.....

» 8. Omnes videntes me *subsannaverunt*.... et moverunt (inclinaverunt) caput.

» 9. Speravit *super Dominum* eripiat eum. *Salvet* eum quoniam vult eum.

» 10. Quoniam tu es qui extraxisti me.

» 11. *Super te proiectus sum*.....

» 12. Ne discesseris..... (> est)..... qui adiuvet mihi.

» 14. ..... super me.....

» 16. Exaruit tanquam.... palato meo....

v. 17. ..... obsedit me.

» 18. ..... pedes meos..... *inspexerunt* me.

» 19. Diviserunt vestimenta sibimetipsis et super vestem meam.....

» 20. ..... ne elongaveris..... intende.

» 22. *Salva me ex ore leonis*, et a cornibus unicornium.

» 23. ..... *laudabo te*.

» 24. *Timentes..... glorificate*.

» 25. Timeant eum (vero ab eo) omne semen (Israel)..... neque (despexit) precem (preci)..... nec avertit..... et in clamando me.....

» 26 ..... *Vota mea reddam in conspectu timentium*..... (> confitebor tibi)

» 27. ..... requirentes eum.....

v. 28. Reminiscentur et convertentur.... omnes... patriae (familiae) gentium.

» 30. ..... *omnes pingues*..... cedent.... *descendentes* in terram.

v. 31. ..... serviet *ipsi*.

» 32. *Adnunciabitur*..... adnunciabunt ...... nascituro, quem fecit Dominus.

Verba inter ( ) superaddita sunt manu coaeva saec. XII; quae autem charactere cursivo descripta sunt, cum Psalt. Casinensi concordant. Exinde patet triplicem esse familiam omnino distinctam Psalterii africani, idest Casinensis, Veronensis, ac Reginensis quas siglis *C. R. R'* indicamus. Mutua eorum relatio seu parentela satis evidens apparet, ita tamen ut unaquaeque recensionem diversam eiusdem Psalterii repraesentet

---

a) AFRICANAE VERSIONIS INDICIA

IN PS. XXI

	Versio Africana in C.	Emendata in RA.
v. 2	ut quid dereliquisti me	*quare* me dereliquisti
» 3	in die	ad te *per diem*
» 4	inhabitans	*habitas*
» 5	super te	*in* te
» 5	liberasti	*eruisti*
» 7	inproperium	*obprobrium*
» 7	nullificamen populi	*abiectio plebis*
» 8	aspicientes me	*qui conspiciebant me*
» 8	subsannaverunt	subsanna*bant*
» 8	locuti sunt labiis suis	et locuti sunt in labiis
» 8	et moverunt	> et
» 9	super dominum	*in Domino*
» 9	liberet	*eruat*
» 9	salvet	*salvum faciat*
» 10	tu extraxisti me	tu *es qui* me extraxisti
» 10	ab utero	*de ventre*
» 10	super mammas	*ab uberibus*
» 11	super te proiectus sum a vulva	*In* te iactatus sum *ex utero*
» 12	Ne longinquas	Ne *discedas*
» 14	contra me	in me

Versio Africana in C.	Emendata in RA.
v. 15 disparsa	disp*e*rsa
» 16 Aruit sicut	*Ex*aruit *velut*
» 16 fortitudo	*virtus*
» 16 gutturi meo	*faucibus meis*
» 17 coagulatio	*concilium*
» 17 tenuerunt	*circumdebit*
» 18 Effoderunt	*Foderunt*
» 18 enarraverunt	*dinume*raverunt
» 19 partiti sunt	*diviserunt sibi*
» 19 amictum	*vestimentum*
» 20 ne longinquas	*ne longe feceris*
» 20 adiutorio meo	*auxilium tuum*
» 21 Eripe	*Erue*
» 23 laudabo	*cantabo*
» 24 Timentes	*Qui timetis*
» 24 totum	*universum*
» 24 maglorificate	*magnificate*
» 25 spernet	*sprevit*
» 25 fastidiavit	*dispexit*
» 25 dum clamaret	dum clamare*m*
» 26 A te	*Aput* te
» 26 reddam	Domino reddam
» 26 in conspectu timentium	*coram timentibus*
» 27 requirentes	*qui requirunt*
» 27 vivet cor eorum	vive*n*t cor*da* eorum
» 27 in eternum	*in seculum seculi*
» 28 super Dominum	*ad* Dominum
» 28 omnes termini	*universi fines*
» 28 omnes tribus	*universe patriae*
» 29 imperium	*regnum*
» 30 pingues	*divites*
» 30 flectentur	*procident*
» 30 discendentes	*qui descendunt*
» 31 semen	*Et* semen
» 32 renuntiabuntur	*adnuntiubunt*
» 32 iustificationes tuae	*iustitiam eius*
» 32 populo venturo	populo *qui nascetur*

b) CORRECTIONES EX TEXTU HEBR. ET HEXAPL. CONTRA LXX.

	C	R
v. 2	Deus meus deus meus	Deus Deus meus respice in me
» 3	et non in silentio michi	et non ad insipientiam mihi
» 4	Tu vero sancte	Tu autem in sancto
» 6	Deitatem tuam invocantes	Ad te clamaverunt
» 9	quoniam voluntas in eo	quoniam voluit eum
» 12	iudicium prope	tribulatio proxima
» 17	canes > multi	canes + multi
» 17	tenuerunt me	circumdedit me
» 16	Et nunc	Tu autem
» 18	viderunt in me	consideraverunt me
» 20	festina (cum Aq. ΣE′)	aspice
» 20	in adiutorio meo	auxilium tuum a me
» 25	ab eo	a me
» 28	adorabunt vultum eius	adorabunt in conspectu eius
» 29	ipsius Domini	Domini
» 29	quoniam et potestas in gentibus	et ipse dominabitur gentium
» 30	flectentur (Aq.)	procident
» 31	tuae	eius
» 32	factum est > Dominus	quem fecit + Dominus

c) LECTIONES PRO LXX CONTRA M.

	C	M
v. 2	delictorum meorum (cum R)	*rugitus mei*
» 4	laus (cum R)	*laudes*
» 16	gutturi meo	*faucibus meis*
» 25	precem pauperis	*modestiam* pauperis
» 30	et anima mea ipso (ipsi) vivet	et anima *eius non* vivet
» 30	in terra	in *pulverem*

II.

TERTULLIANI ET CYPRIANI TESTIMONIA

Praeter ea quae in examine Ps. XXI tamquam propria Tertulliani vocabula indicavimus alia quoque inveniuntur, quae cum hoc Psalterio specialem eius affinitatem testari videntur. Huiusmodi sunt:

a) VOX PARATURA (= ετοιμασια) quae, teste Rönschio, (p. 42) vigintisepties apud unum Tertullianum invenitur, in C autem quater 64^{10}, 88^{15}, 105^{6}, 110, ^{6}.

b) *de adflatu spiritus animosi* (17^{16}). De qua non abs re videntur, quae Tert. habet (in lib. II, q. adv. Marc.) ubi de Gen. I ait: « Quidam de graeco interpretantes, non recogitata differentia, nec curata proprietate verborum, pro *adflatu, spiritum* ponunt ».

c) voces: *licentia* (= potestas), piscaturas (= pisces), adfinitates (= cognationes), inculcare (= conculcare), maleloquium, dehonestare, nullificamen, nullificare, indultor, repraesentationes etc....

d) *nonnullae lectiones Tertulliani propriae*

Ps. $9^{1/2}$ non periet — 2^{8} Postula
» 19^{5} det tibi Dominus s. c. t.
» 19^{8} isti in curribus et isti in equis
» 21^{10} a vulva — 21^{16} gutturi meo
» 21^{9} liberet eum — 21^{19} (= partiti) — dispertiti sunt.
» 21^{7} nullificamen populi
» 23^{4} purus corde
» 23^{7} portae sempiternae
» 44^{4} super femur

Ps. 44^{4} ostende .... mirifice dextera tua
» 70^{18} generationi universae
» 71^{6} imber... stillae (guttae stillantes
» 71^{9} pulver (= pulverem)
» 73^{9} adfinitates
» 112^{8} et sedere faciat illum (eum)
» 131^{11} throno tuo (T. thronum tuum)

e) nonnullae lectiones Cypriani propriae

Ps. 9 [31] muscipula (παγις) (passim)
» 9 [39] orfanum (passim)
» 17 [5] 47 [7] parturitiones (ωδινη) (cf. Rönsch 76 von Soden 143, 327)
» 18 [5] etc. sermones (passim)
» 20 [6] claritatem
» 23 [8] extollimini... rex claritatis...
» 24 [4] facinerosi (ανομουντες) (cf. von Soden 143)
» 33 [15] sequere
» 34 [27] iucundentur (passim)

Ps. 37 [3] sarcina (φορτιον) (ap. von Soden 333)
» 44 [2] scriptoris 11 obliviscere populi
» 49 [3] procella nimia — 19 insidias
» 59 [5] transpunctionis (cf. Rönsch 202)
» 59 [13] pressura
» 61 dispargantur (W. L. M). iucundentur (M. B. W. L. v.)
» 62 [11] particule
» 117 [18] Emendans emendavit me

f) nonnullae lectiones Tert. et Cypriano communes

Ps. 2 [1] tumultuatae sunt gentes
» 18 [6] egrediens de thalamo
» 21 [20] ne longinquaveris
» 21 [22] ex ore
» 23 declina
» 33 [15] quaere pacem
» 41 [12] 49 [16] ad quid
» 44 [8] oleum exultationis a participes tuos

Ps. 44 [3] effusa est gratia
» 49 [18] concurrebas
» 49 [14] Sacrifica sacrificium
» 109 [1] ad dexteram meam
» 131 [11] tronum
» 134 [15] *idola*... opus... locuntur (L. B. v.)

III.

ARNOBII AFRI TESTIMONIUM

Iuxta Arnobii testimonium quod in Introductione nostra iam supra memoravimus (ex eius libro I adv. Gentes c. 15), vetustissima latina versio sacrorum librorum africanae ecclesiae, *barbarismis* ac *solecismis* obsita a gentilibus despectui habebatur. Quorum puerili reprehensioni respondens, ait : « Quid enim officit ... aut qui minus id quod dicitur verum est, si in *numero* peccetur aut *casu*, *praepositione*, *participio, coniunctione?* Non item apud vos est positum *hoc pane* et *hic panis, hic sanguinis et hoc sanguen?*... Tam peccat qui genera masculina femininis pronuntiat legibus, quam ab eo peccatur qui articulos masculinos femininis generibus anteponit ».

Iamvero, si versio Psalterii Casinensis examinetur, haud difficile erit huiusmodi vitia sive notas caracteristicas in eadem invenire, ut ex praesenti specimine quisque videre poterit.

EX PSALMO XXI

a) vitia in casu et praepositione :

[9] [28] super Dominum — [10] super mammas — [20] in auxilio meo festina — [29] in gentibus — [30] ipso (= ipsi).

b) vitia in participio :

[4] inhabitans — [6] invocantes — [8] aspicientes — [14] rapientes et frendentes — [15] liquescens — [24] timentes — [27] requirentes — [30] discendentes.

EX PSALTERIO

a) *Anomaliae generis*

fem. pro *masc.*

cordis nostr*ae* 60 [3]; 100 [2] 118 [121] etc.
cordis me*ae* 118 [15] 72 [26]
carbones accens*e* 17 [9]
carbones ignifer*e* 139 [11]
gressus nostr*ae* 43 [19]
ignis succens*a* 77 [21]
pavores mortife*rae* 54 [5]
pom*a*rum 78 [1]
ventris me*ae* 39, 9
ventris tu*ae* 131 [11]

neutrum pro *masc.*

arborem quod 79 [16]
baculum 22 [4]: cum Sg.
cedrum 36 [35]
laqueum quod 9 [16]
mons quod 67 [16] [17];
pisces maris transeunt*ia* 8 [9]
spirita 103 [4]

masc. pro *neutrum*

maris (= mare) 21 [14]
marem (= mare) 73 [13]
pretiosus letus 115 [6]
aufer improperium meum qu*em* 118 [32]
113 [8] stagnos
17 [43] a facie ventus

masc. pro *fem.*

turris fortissimus 60 [4]

fem. pro *neut.*

oleastrae 127 [3]

b) *Specimen barbarismorum*

Ps. 5 [1] 22 [6] habitatio mea in domum
» 7 [10] proba*re* (= proba)
» 9 [1] 68 [22] potaverunt me actum — 69 [2] Dominus adiutorio meo festina.
» 15 [11] satiabis me iucunditatem
» 18 [14] parce famul*um* tu*um*
» 19 [4] memoretur toti sacrificii tui
» 19 [5] omne*m* desiderium

Ps. 29 [10] misertus est *me*
» 33 [11] non egebunt *ab* omni bono
» 34 [16] 36 [12] 111 [10] frendere dontes suos
» 36 [5] revela ad Dominum
» 41 [11] dicentes ad me
» 42 [3] duxerunt . . . in tabernaculis tuis
» 43 [6] resurgentes nobis — 58 [2] resurgentibus mihi

Ps. 45 [10] usque ad novissimis
» 50 [18] et data holocausta non sunt
» 62 [3] visus tibi, videndi virtutem tuam
» 73 [22] memento improperia tua
» 64 Nundescent opima deserte et exultent colles cingentur. Vestentur arietes oves et montes multiplicare frumentum copulentur (sic) cantabunt
» 68 [22] potaverunt me acetum
» 77 [19] et dixerunt: *ne* (= num) poterit . . .
» 87 [4] inferno pervenit — 68 [4] expectantes Deo meo

Ps. 88 [48] memento *mihi* quid terrenis
» 95 ingredimini in atriis eius
» 98 [7] invocabant ad Dominum
» 101 [10] cinis ut panem manducabam
» 106 [26] ascendit cael*os* descendent abyss*os*
» 118 [77] lege*m* tua*m* fruebar
» 118 [78] nocebant *me*
» 125 [2] impletum est gaudi*um* or*is* nostr*i* (= gaudii os nostrum)
» 131 [15] implebo panes (= panibus)
» 138 [21] resurgentibus tibi

c) *Specimen graecismorum*

Gen. pro *acc.*

exaudivit vocis meae 17 [7]; 27 [6]; 57 [6]; 63 [2]; 80 [12]; 83 [8]; 129 [2]
exaudivit deprecationis meae 105, [44];
et concupiscet rex decoris tui 44 [12]

Gen. pro *abl.*

saturabuntur pinguidinis 64 [12]
saturabuntur bonitatis 103 [28]

cinctus virtutum 64 [7]
impleatur gloriae eius 70 [8] 71 [19]
impleti sumus improperii 122 [3]
frendentes adversum me dentes suos 34 [16]; 36 [12]; 111 [10]

neutra plur. cum verbo sing.

multa est verbera 31 [10]

IV.

NOTABILIA PHILOLOGICA

Quanti etiam pro philologicis studiis facienda sit versio Psalterii Casinensis, in quo, non modo rusticae latinitatis voces vetustissimae et formae perrarae passim occurrunt, verum etiam vocabula omnino nova, et constructiones curiosae abundant, specimen quod subnectimus sufficienter edocebit.

Ps. 8 [8] *aduc.* Vulgo sine aspiratione pronunciatum et inde scriptum argui potest ex Inscript. apud Grut. (Cf. Forcell.)

Ps. 113 [1] *In exhodo.* Rectius *exhodus* scribendum cum aspiratione quam tamen Latini saepe omiserunt (Ib.) (Cf. Tert. adv. Iudeos 11. Interpr. Iren. 4 Heres. 20, c. 2).

P. 108 [19] *cingula.* De *cingula* animalium genere feminino dicimus (Serv. Aen.). (Ib.)

Ps. 117 [13] *auxiliavit.* Activam verbi formam testantur Diom. gramm. I. 400 et Prisc. apud vetustissimos, tam apud Caprum quam Plinium et Probum. (Ib.)

Ps. 17 [11] *Et siluit super eum.* Silio pro salio agnoscere videtur Prob. Cathol. p. 1485 Putsch silio, silis, silivi, silii. (Ib.)

Ps. 118 [136] *medietates.* Cic. μεσοτηρας vix dixerim medietates. (Ib.)

Ps. 68 [3] *rauciavit.*

Ps. 69 [3] *cornuantem.* Confirmatur coniectura Scaligeris de verbo latino, cornuo, as (cf. Forcellini).

Ps. 5 [13] Vox *acceptibilis* quae pluries occurrit, at adhuc desideratur in *Thesauro.*

Ps. 141 [2] *precavi* 44 [13]; 54 [4] *depreco.* Activa forma *preco* pro *precor* dixisse Antiquos, ait Priscianus 8, p. 179 ap. Putsch. (Ibid.)

Ps. 136 [4] *arva, ae* pro *arvum, i* usurpatur tantum ab antiquis, teste Nevio apud. Forcell.

Ps. 41 [10] *suspensationes* apud Aug. *suspensurae* et suspensiones.

Vox *discoperire* (pro di*scoo*perire), quae, teste Rönschio, in Glossario Reichenav. unice occurrit, (Eine neue gemeinromanische Zusammensetzung, auch wal. *descoperi*), 13cies cum *o*, bis cum duplici *o* tantum in Ps. Cas.

Ps. 28 [10] quae *profectio* sanguinis

(= utilitas) = ital. profitto. Nova vox pro neo latinis linguis etiam apud Rufinum invenitur (Cf. Introd. VII.) licet philologis adhuc ignota.

— De adiectivo *pauperus, a, um* exemplis quae ap. Rönschium et Aug. *qui paupero esurienti* (serm. 3, n. 2) proponuntur, ex nostro Psalterio alia addenda sunt, id est, *paupero* 81 [3], *pauperos* 68 [34], 131 [15], *pauperas* 71 [13], *pauperam* 73 [19].

Ps. 67 [4] Vox *denseantur* (=exultent) ital. *danzare,* quae aliam fortasse derivationem ostendit, ac ex germ. *tanzen.*

Ps. 111 [3] Vox *divitia* singulari numero, vere singularis in usu apparet, et occurrit etiam in Ps. 118 [14].

Ps. 107 [8] *delicia* item ut supra.

Ps. 48 [11] *alteris* (= alienis).

Ps. 44 [10] in *offectione* aurea. Vox inaudita.

Ps. 9 [27] *destas longe.* Desto, *as,* intr. nonnisi in Glossa Arab. lat. *Desto = valde sto,* et ital. *distare* vox afr. apud v. Soden 357.

Ps. 72 [14] *arguus meus* (= castigatio mea).

Ps. 88 [38] Arcanuisti (= evertisti).

Ps. 88 [45] adlentasti (= detraxisti, elisisti, collisisti). « Allentavit = deiecit verbum sine dubio *recentissimum* (?) opinor redire *ad lentus,* ut cum *deicere* et *destruere* fere conveniat. V. » (Sic Thesaurus).

Ps. 147 [4] *sevum* trittici 118 [70] (= adipem frumenti, ital. *sego*). Nonnisi apud Colum. Plin. Veget. Plaut. Auson. occurrit.

Ps. 128 [7] *senum* (= sinum) occurrit in Inscriptione Orelli 4583, et De Rossi Boll. crist. 1873, p. 75.

Ps. 9 *mi* (24 [22] (= mihi) *fecisti.* Usus iste ap. Varr. RR. III, 16, 2).

Ps. 67 [16] *montes superciliati.*

Ps. 75 [6] *hesierunt ascendentes equos.*

Ps. 77 [52] *celsas,* celsa (ital. gelso) arbor morum.

Ps. 143 [9] *plosa* decem chordarum a *plodere* (= plaudere) Varr. apud Non. 478 « plodere coepimus ».

ANOMALA VERBORUM CONSTRUCTIO.

confitebunt 66 [4].
evertuit 104 [29].
exultari 12, [67]; 13 [5]; 20 [2].
iente (= eunte) 90 [6].
insusurrabas 49 [20].
lavavi 72 [13].
letabis 20 [7].
letasti 91 [4].
meditabit 70 [24]; 142 [5].
nibescent (= albescent) 67 [16].
obliviscas 73 [19] [23]; 102 [2].
obliviscant 77 [7].
obliviscebat 104 [29].
occisit 104 [39].
partibo 59 [8].
penetetur 109 [4].
penetebitur 131 [11].
perlactatus sum 130 [2].
permeditavi 118 [70]
probare (= proba) 7 [10].
teguisti 84 [3].
transientis 67 [22].

Voces ineditae vel perrarae

acceptabile 144 [16]; acceptabiles 144 [19] acceptibilis 149 [4].
compensator 74 [4].
cordatim 72 [1].
condaminas 106 [41] (= familias).
desperatus sum (= desperavi) 68 [21].
expassavimus 123 [7] (= liberati sumus).
exodivit 80 [16].
estabunt oculi 68 [24] (= obscurabuntur).
framea bifrontes 149 [6].
frugiferant 91 [13].
impauperavimus 78 [8].
impietavimus (= peccavimus 105 [6].
inflorientes 91 [8].
longificantes 128 [3].
nundescere 64 [13].
ossafundabit 67 [36].
ossefacti sunt 68 [5].
ossuati sunt 141 [7].
pietare (= miserere) 115 [7].
salsura 106 [34].
timeriem tuum 118 [74].
tremificans 103 [32].
vocae (= vocis) 143 [14].

Archaicae verborum formae

commobear (= commovebo) 9 [27].
commoveantur (= commovebuntur) 106 [28].
deleam (= delebo) 17 [43].
doceam (docebo) 24 [9]; 33 [12]; 50 [15].
periet 9 [4] [19]; 82 [18]; 40 [6].
floriet (= florebit) 91 [13].
inflorientes 91 [7].
introeam (= introibo) 42 [4].
placuit (= placavit 106 [30].
obturit 106 [42].
oculi (= occului).

particularum usus peculiaris

ut ita ne peccarem 118 [11].
ut ita narretis 47 [14].
ut ita calcat 67 [24].

in cum adverb.

in adhuc 110 [3]; 111 [3].
in obviam 58 [6].
in retro 34 [4].
in retrorsum 77 [66].

usque sine praep.

usque summo 70 [19].
usque terram 146 [6].
usque generationem 60 [7].
tamen pro *verumtamen* 38 [6] [12] etc. (cf. Indicem).
ne (= num) poterit 77 [19].
ne (= non) nobis Domine 113 [9].

V.

AUGUSTINI TESTIMONIA

Specialem Psalterii nostri versionem etiam Augustino innotuisse, praeter illa quae ad intimam eius cognationem cum Psalterio Veron. comprobandam attulimus, alia quoque extant testimonia, quorum specimen hic subiungimus, quo evidentior utriusque relatio appareat. Exinde enim fortasse peculiarem quamdam affinitatem inter Augustinum et huiusce recensionis auctorem intercedere, suspicari fas est.

Ps. 7 [14] *sagittas suas ardentes operate sunt* (sic). Aug. ad h. l. « In graecis exemplaribus ita legitur: *sagittas ardentibus operatus est.* Latina autem pleraque *ardentes* habent ».

9 [12] *Sanguina.* De hac voce peregrina opportunum est quae Aug. adnotavit ad Ps. 50 [16] referre: « Expressit latinus Interpres verbo minus Latino, proprietatem tamen ex Graeco. Nam omnes novimus latine non dici *sanguines* nec *sanguina*; tamen, quia ita Graecus posuit plurali numero non sine causa, nisi quia hoc invenit in prima lingua Hebraea, maluit pius interpres minus Latine aliquid dicere, quam minus proprie ». Ceterum vox *hoc sanguen* occurrit apud Ennium et Arnobium (cf. Rönsche 272)

41 [8] *omnes suspensationes tuae.* Aug. ad h. l. « *omnes suspensiones* ..... ubi ergo utrumque positum est et *suspensiones* et *fluctus*, non ibi potuerunt poni pro *suspensionibus, fluctus* ».

67 [16] *Mons Dei, mons pingue, mons illud quod.* Aug. ad h. l. « Ambiguus est autem in Graeco casus, utrum sit nominativus, an accusativus, quoniam in ea lingua *mons* neutri generis est, non masculini. Ideo nonnulli Latini non interpretati sunt *montem Dei,* sed *mons Dei* ».

68 [34] *super caelum caeli a principio.* Ad h. l. « Nonnulli codices habent *super caelum caeli usque ad orientem,* ac si diceret, ab *initio* sive *principio* ».

71 [15] *pro eo:* « aliqui *pro ipso,* vel *pro eo* ».

77 [31] *interfecit in pinguis eorum.* Aug. ad h. l. « occidit in *plurimis eorum* ..... vel sicut nonnulli codices habent: *pingues eorum.* Quod quidem in Graecis quos habuimus non invenimus ». (Aquila εν λιπαροις αυτων).

77 [34] *et manicabant* (Item Ps. 126 [2] *manicare*), Aug. in Quaest. 46 in Iudic. ait: « Quod Latini quidam habent, *maturabis,* quidam vero *manicabis,* Graecus habet ορθριεις quod dici posset non uno verbo *diluculo surges. Manicabis* autem latinum verbum esse mihi non occurrit ».

77 [50] *animarum eorum,* cum Aug. ad h. l. repugnante R *animabus eorum.*

77 [57] *in arcum perversum.* (cum R). Aug. ad h. l. « *in arcum pravum,* sed in Enarr. ad v. 34 adnotat: Alii codices habent *in arcum perversum* ».

82 [4] *astute cogitaverunt consilium* cum Rom. Aug. ad h. l. « *malignaverunt consilium* vel sicut alii codices habent, *astute cogitaverunt consilium* ».

83 [3] *Quam dilectissima tabernacula.* Aug. ad h. l. cum R. *Quam dilectissima sunt tabernacula.*

84 [5] *et infirma bilem tuam.* Aug. ad ps. 6. « Θυμος = ira; οργη = furor. Ideo varie codices habent. Nam in aliis prius invenitur *ira,* deinde *furor;* in aliis prius *furor* deinde *ira;* in aliis pro *furore, indignatio* ponitur aut *bilis* » Quae quidem vox desideratur apud Rönsch et in nostro Psalt. occurrit etiam in Ps. 101 [11] et 89 [7].

84 [13] *bonitatem.* Aug. ad h. l. « *Dominus dabit suavitatem.* Aliqui interpretati sunt *bonitatem,* aliqui *benignitatem* ».

87 [11] *aut gigantes.* Aug. ad h. l.

89 [13] *et deprecare.* Aug. ad h. l. « Alii verbum e verbo, *deprecare,* interpretati sunt ».

104 [4] *confirmamini.* Aug. ad h. l. « *confortamini,* hoc enim de graeco expressius interpretatum est, quamvis verbum minus latinum videatur; unde et alii codices habent *confirmamini,* alii *corroboramini,* alii *consolamini* »

104 [23] *in terra Aam.* Aug. ad h. l. « Proinde in quibus codicibus hoc loco legitur Chanaan (ut in R) emendandum est (Cam). »

105 [7] *Et examaricaverunt adscendentes in mari rubro.* Plures autem codices quos inspicere potui et Graeci et Latini sic habent: *Et irritaverunt,* vel quod expressius de Graeco est: *Et amaricaverunt ascendentes in rubro mari.* Cf. Epist. Hier. ad Sunniam et Fretelam ubi aiunt: παρεπικραναν verbum e verbo debere transferri, *amaricaverunt.*

105 [12] *Et non crediderunt in verbis. eius* (cum Sang.) Aug. ad h. l. « Minus Latina videtur locutio, quia non ait *verbis eius,* vel *in verba eius,* sed *in verbis eius:* tamen in Scripturis usitatissima » Cf. Alex. εν τοις λογοις.

105 [20] *in similitudine.* Aug. ad h. l. « Non ait *in similitudinem,* sed

in similitudine; talis est locutio, qualis illa ubi ait: *et crediderunt in verbis eius* » ceteri tamen *in similitudinem.*

105 [30] *coassatio* cum Sang. Aug. ad h. l. « Quae autem hic posita est *quassatio,* haec superius *confractio* ».

105 [38] *Et interfecta est terra in sanguinibus.* Aug. ad h. l. « Putaremus scriptoris errorem, cumque diceremus, pro eo quod est *infecta,* fecisse *interfecta;* nisi haberemus beneficium Dei, qui Scripturas suas in multis linguis esse voluit; atque ita esse scriptum, *interfecta est terra in sanguinibus,* inspectis codicibus Graecis, videremus ».

108 [13] *Fiant in conspectu Domini semper.* Aug. ad h. l.: « Alii vero: *fiant coram Domino semper* » (ut Ver.).

108 [20] *Et tu Domine Deus fac mecum.* Aug. ad h. l.: « Quidam subaudiendam putaverunt *misericordiam,* quidam vero et addiderunt, sed emendatiores: *Et tu Domine Domine fac mecum* ».

118 [15] *exercebar.* Aug. ad h. l. « Latini Interpretes quidam *garriam,* quidam vero *exercebor* interpretati sunt ».

118 [19] *Incola ego sum.* Aug. ad h. l. « Quod in Graeco παροικος aliqui nostri *inquilinus,* aliqui *incola,* nonnumquam etiam *advena* interpretati sunt ».

118 [27] *instrue me.* Aug. ad h. l. « *insinua mihi,* vel sicut nonnulli codices habent: *instrue me* ».

118 [48] *et exercebor.* Aug. ad h. l. « *Exercebar* plures Interpretes dicere maluerunt, quam *laetabor* aut *garriebam,* quod aliqui interpretati sunt ».

118 [56] *praecepta tua.* Aug. ad h. l. « *iustitias tuas,* sed melius alii interpretati sunt *iustificationes tuas* ».

118 [103] *super mel.* Aug. ad h. l. « Nonnulli codices non habent *favum,* sed plures habent ».

118 [25] *Vias meas.* Aug. ad h. l. « *Vias tuas,* sed plures codices *vias meas* ».

118 [60] *non distuli custodire.* Aug. ad h. l. « . . . aliquos ad *custodiendum,* aliquos *ut custodirem,* aliquos *custodire* ».

118 [121] *me calumniantibus me.* Aug. ad h. l. « Quidam interpretati sunt *nocentibus,* quidam *persequentibus,* quidam *calumniantibus* ».

118 [126] *Tempus faciendi Domino.* Aug. ad h. l. « Id enim plures codices habent, non ut quidam, *Domine* ».

118 [136] *quia non custodivi legem tuam.* Aug. ad h. l. « In quibusdam codicibus et hoc legitur *quia non custodivi legem tuam* ».

118 [139] *zelus tuus*]. Aug. ad h. l. « *zelus meus,* vel sicut alii codices habent *zelus tuus* ».

a) PSALT. VERON. ET AUGUSTINI TESTIMONIA.

Praeter illa quae de veteri orthographia huius Psalterii cum R iam supra retulimus, non abs re erit nonnullas lectiones characteristicas adnotare quae sive *pro* sive *contra* amborum reciprocam affinitatem confirmare videntur.

RA PRO C

3 ^{6} somnum coepi et exurrexi = RA.
3 ^{7} a milibus = RA.
4 ^{5} et in cubilibus = RA.
5 ^{10} amaricant (Sg. exprobrare passim).
6 ^{8} in omnibus inimicis meis (Sg.)
8 ^{4} lactantium (Sg. lactentium).
8 ^{9} perient = RA (Sg. peribunt).
9 ^{3} civitate > eorum cum RA, (Sg.) Car. Coll. Cassiod.
9 ^{12} in gentibus (= inter gentes).
9 ^{16} adfixe sunt gentes in corruptione quam fecerunt (RA fecerint) Sg. in interitu.
9 ^{19} non periet in aeternum.
9 ^{30} in muscipula sua (RA) Sg. in laqueo.
10 ^{3} in faretra iaculare in tenebroso lune RA in faretra ut sagittent in obscuro luna.
11 ^{5} labia nostra apud nos sunt. = R. A. — (Sg. labia nostra παρα ημων εστι a nobis sunt). παρ᾽ημιν εστι cum codd. min. Compl. Ald. Alex. Clem. Rom. Clem. Alex. Theod.
10 ^{2} 132 ^{3} in tegumento (RA in tegmine) = Sgr. sub umbra.
30 ^{5} de laqueo isto = R a laqueo isto.
34 ^{8} comprehendat (= apprehendat).
50 ^{15} doceam (Sg. docebo).
95 ^{2} diem in die (RA ex die).
147 ^{4} usque in celeritatem (RA usque in velocitatem).
147 ^{17} frustra panis = bucellas panis.

RA CONTRA C

9 ^{7} exterminasti perit nomen eorum cum ipsis. R destruxisti. ^{8} Periit memoria eorum cum strepitu.
9 ^{16} in laqueo isto.
12 ^{6} > *et psallam nomini Domini altissimi.* Haec verba non habentur neque in Tetrapla, neque in Eusebio Pamphili, neque in hebraico. Notantur lemnisco in Psalt. Gall. invito Syro-Hex.
13 > v. 3 Sepulchrum patens est guttur eorum.... usque ante oculos eorum. De qua Hier. scribit: « Denique omnes Graeciae tractatores qui-

bus nobis eruditionis suae in Psalmis Comment. reliquerunt, hos versiculos *veru* annotant, atque praetereunt, liquido confitentes in Hebraico non haberi, nec esse in LXX Interpr. sed in editione Vulgata, quae Graece Κοινη dicitur, et in toto Orbe diversa est. (Praef. in Isaiam).

At in Syro-Hexapl. Mediol. sine nota distinctionis habetur.

33 ^{12} docebo (C doceam). At Ps. 50 ^{15} doceam cum RA.

b) HIERONYMIANA CONCORDANTIA CUM PSALT. C.

Non inutile erit specimen quoque versiculorum qui cum ceteris Psalteriis Gall. Rom. et Hieronymiano ex Hebraeo plane concordant, indicare. Ex quibus tamen nullum indicium certum dependentiae Psalterii Casinensis ab illis desumi posse credimus. Talis enim verborum identitas derivare potuit a communi et unica prisca versione.

1 $^{1\ 3}$ — 2 ^{7} — 5 $^{2\ 3\ 4\ 5\ 8}$ — 7 ^{9} — 8 ^{2} 9 ^{2} — 21 $^{21\ 23}$ — 22 ^{4} 24 ^{18} — 29 $^{2\ 3}$ — 37 $^{2\ 3}$ — 39 ^{6} — 40 $^{5\ 14}$ — 50 ^{19} — 51 ^{8} 53 ^{4} — 56 ^{2} 62 ^{5} — 68 ^{27} — 71 ^{18} — 75 ^{2} — 84 $^{8\ 13}$ — 86 $^{1\ 2}$, 96 ^{6} — 98 ^{10} — 100 ^{1} — 102 ^{10} — 104 ^{11} — 105 ^{1} — 107 $^{4\ 5}$ — 109 ^{2} — 112 ^{1} — 114 ^{2} — 117 $^{1\ 14\ 27}$ — 118 $^{1\ 4\ 12\ 19\ 25\ 64\ 72\ 87\ 88\ 107\ 109\ 110\ 124}$ — 131 ^{4} — 134 $^{11\ 12\ 19}$ — 135 ^{1} — 145 ^{8} — 147 $^{2\ 3}$ — 148 ^{2}

VI.

AMBROSII TESTIMONIA

Etiam Ambrosium non omnino alienum fuisse a versione huius Psalterii nonnulla adsunt testimonia, quae praesertim Hexaplorum usum confirmant, prouti ex sequentibus patebit.

Ps. 36 [5] *Revela ad Dominum viam tuam* cum Ambrosio.

36 [18] *Novit Dominus dies immaculatorum*. Ambr. ad h. l. « Graecus habet. *Novit Dominus dies immaculatorum* » (cum Symm. Hebr. et Syro).

36 [21] *in fumo defecerunt*. Ambr. ad h. l. « Graecus Εξελιπον habet, hoc est *defecerunt* ».

36 [25] *Iuvenis factus sum nam iam senui*. Ambr. ad h. l. « *iuvenis fui etenim senui* ».

36 [33] *neque damnet eum cum iudicatur*. Ambr. ad h. l. Symmachus: « *nec damnabit eum cum indicatur iustus* ».

38 [6] *Ecce mensuratas posuistis dies meus*. Ambr. ad h. l. « *Ecce veteres posuisti dies meos*. Aliud habet *Palaestas posuisti dies meos* ». (= plenos certaminis et laboris, quoniam palestae luctatores in agone dicuntur.... Sunt qui *breves* putant dies dictos quia Symmachus σπιθαμας posuit: σπιθαμη autem palmus est, et quia palmo mensus dicitur ».

38 [9] *Improperium insipienti nequaquam ponas me*. Ambr. « *Opprobrium insipienti dedisti me* .... Alii habent Codices: Opprobrium insipienti ne tradas me ». Fortasse ex V. Ed. μη δως με.

40 [3] *et non tradet eum in manus inimicorum*. Ambr. ut h. l. « *In manus inimici eius*. Alii graeci *in animas inimicorum eius* ».

43 [1] *Deus in auribus nostris audivimus*. Ambr. ad h. l. « Theodotion. *in auribus nostris* ».

43 [12] *et in gentibus ventilasti nos*. Ambr. ad h. l. « *et inter gentes dispersisti nos*. Similiter et Theodotion dixit. Aquila autem et Symmachus: *in gentibus* aut *inter gentes ventilasti nos* ».

43 [13] *Reddidisti populum tuum sine pretio*. Ambr. ad h. l. « *Vendidisti populum tuum sine pretio* ».

43 [20] « *Humiliasti nos in loco sine habitato*. Ambr. ad h. l. « *humiliasti nos*. Pulchre autem et Aquilae interpretatio .... dicendo .... *Quoniam humiliasti nos in loco sirenarum*. Symmachus ait: *afflixisti nos in loco deserto* ».

43 [22] *Utique Deus investigavit haec*. Ambr. ad h. l. « *Nonne Deus requeret ista?* Aquila, *investigabit ista* ».

45 [4] *in cordibus maris sonabunt*. Ambr. ad h. l. « Sunt etiam qui ita distinguunt: *et transferentur montes*, ut sequatur: *in cordibus maris sonuerunt* ».

86 *Commonentes famem et confusionem*. Ambr. in Ps. 36. « *Memor ero Raab et Babylonis* idest meretricis illius Raab, et confusionis illius ».

118 [28] *Stillavit anima mea ab insipientia*. Ambr. ad h. l. « *Stillavit anima mea prae taedio*. Aliqui codices habent *dormitavit*, quia ενυσταξεν et εσταξεν duabus litteris dissonant.... Qui facilioribus laborum utuntur compendiis *dormitavit* accipient; sed Origenes, qui multorum interpretationes diligenti discussit indagine *stillavit* secutus est ». — Eadem lectio apud Ambr. occurrit etiam in *Hexam. lib. 2*, et *Instit. Virg.* ac tribuitur E′ S.

118 [74] *Manus tuae fecerunt me et paraverunt me*. Ita et Ambr. ad h. l. qui subiungit. « In aliquibus tamen codicibus invenimus: *Manus tuae fecerunt me et plasmaverunt me* ».

118 [67] *Antequam responderem humiliatus sum, ego ignoravi*. Ambr. ad h. l. « *Priusquam humiliarer ego deliqui*. Alia editio habet: *Priusquam humiliarer ego nescivi* ». Quae lectio Aquilae tribuitur.

118 [83] *Quoniam factus sum tamquam uter in gelicidio iustificationes tuas non obliviscar*. Ita Ambr. ad h. l. et R. praeter *non sum oblitus*.

118 [91] *Dispositionibus tuis perseverant dies, quoniam universitas servit tibi*. Ambr. ad h. l. « *Dispositione tua permanet dies, quoniam universa serviunt tibi* ».

118 [119] *Pro nichilo accepisti omnes impios terrae*. Ambr. ad h. l. « *Ad nichilum deduxisti praevaricatores terrae* ». Quae lectio respondet Θ et E′: εις ουδεν διεκοψας (παντας) τους ασεβεις της γης.

118 [130] *Manifestatio sermonum tuorum* cum Ambr. Aug. Ver. Prosp.

118 [136] *Medietates aquarum descenderunt oculi mei quia non custodivi legem tuam*. Ambr. ad h. l. « *Decursus aquarum descenderunt oculi mei quia non custodivi legem tuam....* Sunt tamen codices qui habeant:.... *ductus aquarum direxerunt oculi mei*. Sed ego in Graeco codice meo κατεβησαν legi, hoc est *descenderunt* ».

118 [139] *Exiccavit me zelus tuus*. Ambr. ad h. l. *Exquisivit me zelus tuus*.

118 [147] *Anteveni intempestine:* Ambr. ad h. l. « *Anticipavi in maturitate* ». Aug. vero: « Interpretes nostri quidam dixerunt: *interrupta nocte*, plures *immaturitate*, non duobus verbis, sed uno ».

VII.

HIERONYMI TESTIMONIA

Duobus Hieronymi locis quae ex Epist. ad Suniam in Introd. n. VII. retulimus, ubi de Rufino est sermo, alia ex eadem adiungenda sunt, quibus eidem Hieronimo hanc Psalterii versionem et cognitam fuisse, et non undequaque approbatam suspicimus.

Ex multis vero paucas tantum selegimus lectiones, inter quas tres prae caeteris speciali adnotatione dignas recensemus, videlicet, ex Ps. 30 ^{23}, 73 ^{8}, et 104 ^{30}. Ex quibus strictior quaedam relatio Hieronymi cum Rufino adstrui posse videtur. Siquidem cum prima (30 ^{23}) optime concordant etiam quae in Hom. XXVII Origenis in Numeros n. 12 leguntur, ubi Rufinus ex suo ista inseruit: « Non possumus in latina lingua uno sermone exprimere verbum Graecum, quod illi εκστασιν vocant, idest, cum pro alicuius magnae rei admiratione obstupescit animus ». Ex altera vero (73 ^{8}) lectione adhuc melius confirmari posset suspicio nostra de Rufino huius Psalterii correctore, ex eo quod Hieronymus in Epist. 57 narrat de quibusdam circumstantiis quae eandem fortasse originem huius lectionis explicare possunt, dicens: « Haec non est « illius (i. e. Eusebii Cremonensis) culpa, cuius persona alius agit Tragoediam ; « sed Rufini et Melanii magistrorum eius ».

Denique ex tertia (104 ^{30}) lectione qua idem Hieronymus in versione ex Hebraeo usus est, (i. e. *ebullivit terra eorum ranas*), fateri cogimur eam non ex antiqua interpretatione derivare, sed ab alio Hieronymi coaevo fuisse introductam. A quonam vero id factum fuerit nisi a Rufino eiusdem Eusebii amico? Hoc nobis plane persuasum est. Si enim intimum nexum inter auctorem huius Epistolae et Psalterii nostri revisorem attente perscrutemur, non aliter illum explicare possemus, nisi supponendo lectiones huiusmodi, aliasque plerumque concordantes ipsasque interdum discordantes, ex eadem Epistola ad Suniam originem habuisse. Neque omnino abs re aut temerarium esset suspi-

cari, quod ipse Rufinus in hoc quoque casu « in persona Suniae et Fretelae egerit Tragoediam ».

Neque tam arcta cognatio huius Psalterii cum Hieronymi Epistola 106 minus manifesta apparet cum eiusdem Commentariolis in Psalmos, quos nuper cl. noster G. Morin nova luce donavit in Maredsolanis Anecdotis Vol. II. Quam quidem fraternam connexionem utriusque Hieronymi Operis iam antiquitus recognitam fuisse ex Codice 13 saec. XI Bibliothecae Derossianae, nunc Lainz apud Vindobonam deprehendimus. In eo enim post Psalterium Hexaplare S. Hieronymi eadem manu conscripta haec leguntur: « Incipit ratio « que docet scriptorem quare et ubi iste due note idest ÷ obelum et asteris- « cum ·※· in psalterio scribere debeat. Ex Epistola sancti Hieronymi que sic « incipit: Dilectissimis fratribus Sonie Frethele qui vobiscum Domino serviunt, « Hieronimus — Vere in vobis apostolicus et propheticus impletus est sermo etc. » usque ad finem exordii, idest, ad verba: « ab Hebraeorum auctoritate di- « scordet ». Deinde insertum rubrice scriptum legitur: « (De I° psalmo in « tractatu S. Hieronymi). Non sic impii. de quibusdam legitur *non sic*. « Hoc secundo non sic impii ÷ non sic. Sciamus quia in ebraico semel po- « situm est. (Item de Ps. V ex praefata epistola S. Hieronymi) etc. ». Et ita permixtim ex utroque opere subsecuntur excerpta.

Quorum inter cetera haec adduntur de Ps. XXI: « *Deus meus, Deus meus,* « *quare me dereliquisti?* Principio vigesimi primi psalmi abusus est, illudque « quod in medio versiculi legitur: *respice me* superfluum est. Legitur in He- « braeo: *Deus meus Deus meus, ut quid me dereliquisti* »? Quae quidem verba plane respondent Psalterio nostro.

Igitur operae pretium ducimus specimen quoque praecipuarum Psalterii nostri lectionum subnotare, quae cum Commentariolo supradicto conveniunt, praesertim vero in iis quae ad Hexaplarem textum pertinent.

a) CONTRA PSALT. C. EX EPIST. AD SUNIAM ETC.

Ad Ps. 30 [23] in pavore meo. Hier. « *in excessu mentis meae*, pro quo in latinis codd. legebatur *in pavore meo;* at nos iuxta Graecum transtulimus εν τη εκστασει μου, idest, in excessu mentis meae. Aliter enim Latinus sermo *exstasim* exprimere non potest, nisi mentis excessum ».

Ps. 43 [15] in parabola in gentibus. Hier. « *In similitudinem gentibus*... Sed si dictum fuisset in Latino *in similitudinem in gentibus* κακοφωνον esset; et propterea absque damno sensus interpretationis elegantia conservata est ».

Ps. 73 [8] comburemus omnes festivi-

tates altissimi in terra] Hier. « *Incendamus omnes festos Dei a terra.* Pro quo in Graeco scriptum est καταπαυσωμεν, et nos ita transtulimus: *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.* Miror quomodo a latere adnotationem nostram nescio quis temerarius scribendam in corpore putaverit, quam nos pro eruditione legentis scripsimus hoc modo: Non habet καταπαυσωμεν, ut quidam putant, sed κατακαυσωμεν, idest, incendamus ».

Ps. 77 ^{38} et non corrumpet eos] Hier. « *et non disperdet eos.* Si quis autem διαφθερει non *perditionem* sonare sed *corruptionem*, recordetur illius tituli, in quo scribitur εις το τελος μη διαφθειρης, hoc est, *in finem ne disperdas,* et non ut plerique κακοζηλως interpretantur, *ne corrumpas* ».

Ps. 77 ^{68} Sicut terram fundavit eam] Hier. « *In terram quam fundavit in saecula.* Pro quo scriptum invenisse vos dicitis: *in terra fundavit eam i. s...* ».

Ps. 82 ^{13} possideamus nobismetipsis] Hier. « dicitis *possideamus nobis.* Quae superflua quaestio est; quando enim dicitur *possideamus,* intelligitur et *nobis* ».

Ps. 84 ^{1} Beneplacuisti Domine] Hier. « *Benedixisti...* pro quo ευδοκησας, et quaeritis quomodo hoc verbum exprimi debeat in Latinum. Si contentiose verba scrutamur et syllabas, possumus dicere: *Beneplacuit Domine terra tua* ».

Ps. 88 ^{39} cf. Intr. n. VII.

Ps. 101 ^{15} cum pulvere eius] Hier. « *et terra eius...* Pro *terra* in hebr. afar quod potest interpretari tam *pulvis* quam humus, idest *terra* ».

Ps. 105 ^{7} cf. Intr. n. VII.

Ps. 118, ^{136} non custodivi] Hier. ad h. l. « At in hebr. *non custodierunt* ».

b) ITEM PRO PSALT. C. EX EADEM.

Ps. 28 ^{10} Dominus diluvium inhabitare facit] Hier. « Pro quo legisse vos dicitis... *inhabitat...* De ipsis sentire voluimus, qui glorificant Dominum, et interpretati sumus: *Dominus diluvium inhabitare facit* ».

Ps. 48 ^{16} cum acceperit me] Hier. « *cum liberaverit me.* Pro quo in Graeco legisse vos dicitis: *cum acceperit me*, quod quidem et nos ita de LXX vertimus; et miror a quo in vestro codice depravatum sit ».

Ps. 103 ^{17} abietes habitant] Hier. « Pro *abietibus* autem et *cupressis* in Hebraeo ponitur Barusim, quod magis *abietes* quam cupressos significat ».

Ps. 104 ^{30} Ebullivit terra eorum ranas] Hier. « *Dedit terra eorum ranas.* Pro quo in Gr. εξηρψεν quod potest interpretari: *Ebullivit terram eorum ranas.* Sed et in hoc nulla est sensus mutatio: et nos antiquam interpretationem sequentes, quod non nocebat mutare noluimus ».

Cf. item 106 [30], 107 [3,10], 114 [2].

Ps. 123 [4] torrens transivit contra animam nostram] Hier. « Et quomodo scriptum est... *Torrentem pertransivit anima nostra?* Sed facile solvitur, si sciamus pro hac scriptum esse in Hebraeo: Torrens pertransiit animam meam ».

c) EXCERPTA E PSALMO XXXV CUM PSALTERIO HIERONYMI EX HEBRAEO COLLATA.

Haud semel dubium nobis obviavit, utrum hoc Psalterium ab aliqua Hieronymiana versione pendere dici posset necne. Verum licet non desit fortuita quaedam verborum similitudo equidem admodum curiosa, eam tamen aliter explicari posse ac debere contendimus. Ut autem facilius res exemplo comprobetur, specimen talium lectionum e Ps. XXXV sub oculis lectorum ponimus, verba identica nigrioribus characteribus exprimentes, quae vero variant e regione transcribentes.

C	Hier.
2 **Dixit** nequitia **impii in medio**	(scelus)
cordis eius. Non est timor Dei in	
conspectu oculorum eius.	(ante oculos eius)
3 Quoniam insidiat super eum **in**	(Quia dolose egit adversus eum)
oculis suis, invenire **iniquitatem**	(ut inveniret)
eius in odio.	(ad odiendum)
4 **Verba oris eius iniquitas et**	
dolus, ommutuit sentire bonitatem.	(cessavit cogitare ut benefaceret)
5 **Iniquitatem** studet adversus cu-	(cogitat in cubili suo)
bile suum. Stans in via minime bona	(stabit in via non bona)
malum non prohiciet.	(malum non abiciet)
6 **Domine in caelo misericordia**	
tua et fidelitas tua usque ad ethera (Σ)·	(fides tua usque ad nubes)
7 **Iustitia tua** ut montes altissime	(quasi montes Deus)
iudicia tua abissus ingens. **homines**	(iudicium tuum abyssus multa. Homi-
et animalia salvabis domine.	nes et iumenta salvos facies domine)
8 **Quam pretiosa misericordia**	(cum AΣE′)
tua Deus noster, **et fili Adam in**	(om. *noster*)
umbra (Σ) **alarum tuarum sperabunt**	

9 **Inebriabuntur** ex adipe **domus tuae**, torrentem **deliciarum tuarum potabis eos.**	(de pinguedine) (et torrente)
10 **Quoniam** apud te **fons vitae, in lumine tuo videbimus lumen.**	(tecum est)
11 Expande **misericordiam tuam scientibus te, et iustitiam tuam rectis corde.**	(Attrahe)

Cf. Huiusmodi exempla etiam 43^{26}, $68^{36\ 37}$, $71^{04\ 17}$, 89^{2}, $101^{6\ 7}$, 103^{33}, 104^{30}, 117^{12}, quae tamen nostram confirmant sententiam.

d) EX COMMENTARIOLIS HIERON. IN PSALMOS.

Specialis convenientia huius Psalterii etiam cum Hieronymi (seu potius Origenis) *Commentariolis in Psalmis* facile conspici potest ex his quae hoc loco proferimus, ex editione cl. D. Germani Morin in Anecdotis Maredsolanis. Attamen non desunt in his quoque nonnullae lectiones omnino diversae.

Ps. 1^{4} > non sic — ^{5} *non resurgunt in consilio.*

» 3^{8} *conteruisti.*

» 6^{8} *inveteravi in omnibus inimicis meis.*

» 7^{12} *interminans in omnibus diebus.* Hier. ad h. l. « Numquid irascitur per singulos dies? Melius pro hoc in Hebraico habet: " comminatur omni die ,, quod Aquila quoque transtulit et pulchre ait: *comminans* ». Hinc veram Aquilae lectionem non εμβριμωμενος ut cl. Field proposuit, sed απειλουμενος cum Montfauconio post Drusium fuisse apparet.

» 13^{3} > Sepulchrum patens.... oculorum eorum. Hier. ad h. l. « Ab hoc versu usque *oculorum eorum* in hebraeis codicibus non habetur ».

Ps. 13^{5} > ubi non erat timor. Hier. ad h. l. « ÷ ubi non erat timor, in hebr. non habetur ».

» 18^{1} *eructuat verbum.*

» 19^{8} *isti in curribus et isti in equis.* Cum Hier. ad h. e et Cypr.

» 20^{9} *dextera tua inveniat omnes odientes te,* (contra hebraicum qui omitt. *omnes*).

» 23^{10} *Dominus Sabbaoth.* Hier. ad h. l. « in Hebraico legitur Dominus Sabaoth ».

